7

TRACTATUS

DE REGALIBUS, SIVE EXPLICATIO BREVIS ET METHODICA c. I. QUÆ SINT REGALIA, IN USIBUS FEUdorum, in qua materiæ, plenitudinis potestatis, legitimationis, confiscationis, iurisdictionis, monetæ, cum eius generis aliis, singulæ in suum paragraphum diispartitæ, traduntur.

In præsentia verò, de regalibus in genere, quid iuris sit, cum Venationum tantùm materia, in lucem feliciter prodit.

AUTORE
FRIDERICO PRUCKMAN
Francofordense ad Oderam, V.I.D.

CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

Tum maximè à venatoribus capiuntur vulpes, cùm in contrarium tenduntur retia.

Berlini, in Cœnobio leucophæo
excudebat Nicolaus Voltzius.

ANNO
CIↃ IↃ XIIIC.

H. G. V. Werdenstein

ILLVSTRIS=SIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOHANNI GEORGIO,

Marchioni Brandeburgico, ſacri Romani Imperij Archicamerario, & Electori, Pruſsiæ, Stettini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, & Vuandalorum, in Sileſia Croſnæ Duci, Principi Rugiorum, & Burggrauio Nerobergenſi, Domino meo clementiſsimo.

IOuis, vt eius temporis putârant Ethnici, Princeps Elector Illuſtriſſime, Potentiſsimeq́, Domine clementiſsime, proſapia, victor exterarum gentium, ac nationum Hercules, trophæa

tandem, monumentaq́ victoriæ à se partæ, columnas ad Gades duas, perpetuò cum imperio suo duraturas, testeśq contentionum suarum apud posteros futuras, statuit atque posuit. Huius inhærens vestigijs, aut si quo posset modo, mortalis immortalem, factis superare Herculem, percupidus Alexander Macedo, cum venisset, vidisset, vicissetq́ maximam terrarum orbis partem, cùm disiunctissimas terras, citiùs victorijs suis illustrasset, quàm passibus cuiusq̃ peragrari potuissent, vlteriùs quàm Hercules aliquantulò peruenerat progressus, quod ære fecit Hercules, ipse auro perficere conatus, signa regni sui, atque monarchiæ aurea, nunquam collapsura, sustulit ibidem, atque collocauit. Plus vltrà, Caroli quinti Imperatoris erat symbolum: illud dubio procul præ se

ferens,

ferens, quò non venerat Hercules, vbi substiterat Macedo, Caroli potentiam processuram, & vtriusque Imperia magnitudine & diuturnitate, superaturam.

Fatendum equidem Elector Illustrissime, Domineque clementissime est, Herculis, Alexandriq; rebus gestis, haud alias, quamuis potentissimorum populorum, regumq; clarissimorum, & numero præliorum, & conficiendi celeritate, pares esse, conferrique posse: Fateamur Carolum Quintum factis suis hos antecessisse: Quippe, quem victorem (Germanorum tamen sanguine & vulneribus) sensit Africa, sensit Europa, sensit Asia, sensit Herculis, Alexandriq; temporibus, ne nomine quidem nota America, cui confligendum fuit, non cum imbellibus, luxuq; diffluentibus Asiæ tantùm

populis, sed cum ferocissimis barbarorum, cum nobilissimis militum, arma quibus erant instructissima, manus impigerrimæ, pectora alacerrima: Verùm enimuerò dum imperij, regnorumq́ suorum columnas, manu fabricatas constituunt, toto cœlo eos aberrâsse, verum est, si enim cogitâssent, de fortunæ vicissitudine, perfidiâ, atq; volubilitate, si in mentem venisset, nihil esse opere, aut manu factum, quod non aliquando, conficiat, & consumat vetustas, si hærere vt filo suspensa, humana omnia, quoque grauiora, eò ob molem suam, magis imminere lapsum, pectora eorum memoria effodisset, aliud quo inniterentur principatus eorum, requisissent columen.

Nam quod æternum censuerat Hercules trophæum, vsque adeò vetustate concidit, vt loci, in quo situm

fuerat

fuerat, solo remanente nomine, non remanerent vestigia. Quid profuit Alexandro, Medorum Persarumq́ euertisse Monarchiam? Quid iuuit in extremis, abditissimisq́ oris, vltra Herculis columnas, metas limenq́ imperij defixisse? cum Monarchiam vltra duodecimum protendere annum Libithina auara, vt cum Poëtis loquar, inuideret, imperium aliquot annis partum, horæ momento, quia legitimus deerat successor, periret. Caroli posteros, potentissimos quidem hoc die conspicimus, septem Hispaniæ regnorum, vt tot Indiæ & Americæ prouincias, cum optima Italiæ parte reticeam, dominos, sed quia, quibus opus erat destituti sunt columnis, regnum eorum, ne eundem ac Herculis, Alexandriq́ imperia, habeat exitum, valdè extimescendum est.

Itaque aureis, æneisq́ eorum colossis, victorijsq́ quibus plus vltrà peruenire se posse, exploratum habebant, truculentis, longè anteferendas, quas vnicè sibi, Illustriß. V. C. sectandas elegit columnas, omnino putârim, columnas dico, ardentißimum religionis amorem, constansq́ erga subditos iusticiæ propositum. Hæc vera sunt sustentacula, quæ quotquot sunt principatus, ab interitu vindicare, sartos tectos tueri, inconcussos inuiolatosq́ue per manus quasi succeßoribus tradere possunt.

Amoris verò, quo Ill. V. C. religionem fouet, atque prosequitur, vel ea erunt argumenta, quòd plurimi semper verbi ministros fecerit, quòd alios verbum salutificum docentes, nō solùm audierit; sed & ipsa inter prandendum,

dum, cœnandumq́; ſcripturarum fontes, ſedulò ſcrutata ſit, atque perluſtrârit, quòd deniq; in tutanda, adiuuanda, propaganda & conſeruanda Auguſtanæ confeſſionis puritate, nullis ſumtibus, nullis laboribus, nullis vigilijs pepercerit. Quippe in remotiora loca, perſæpies mittendi fuêre legati, pro eandem ferè religionem profitentium ſalute, peregrini interpellandi reges & principes, conuocandæ ſynodi, habendiq́; conuentus.

Neque verò hæc fuêre fruſtrà, imò non pœnitendos, hinc Ill. V. C. cepit fructus. Neſcio enim quos cieat religio, erga eiuſdem propagatores aculeos, neſcio quos vehementiſſimos impetus amoris, in hominum pectoribus excitet eadem. Mouemur enim religioni ſubditi, vt finem actionum noſtrarum omnium, optimum ter maximumq́;

ximumq́; DEVM propositum habeamus: cuius institutis edocemur, principes DEI ordinationem esse, principem bonis colendum, malignis expauescendum, principi, quæ principis sunt, danda fore. Quapropter nemo verè religionis amans, non corporum, laterumq́; oppositu, principis sui imperium saluum stabileq́; vellet. Videt igitur Ill. V. C. ex religione, dulcissimam inter principes, & subditos, exoriri harmoniam, vnicum stabiliendi, vt ruinam non minetur, principatus firmamentum.

Non minor iustitiæ est virtus, cuius non minor, ac religionis, apud Ill. V. C. habetur ratio. Nunquam enim auditu percepimus, minimum quemq;, infimæq́; sortis hominē, per Ill. V. C. in iure suo læsum, sibiq́ ius suum

non

non tribui conqueſtum eſſe. Et quoniamquidem Ill. V. C. omnibus amplisſimarum ditionum ſuarum cauſsis, & litibus ipſa ſupereſſe nequeat, nec ſi poſſet, velit quidē ſola, ſine ſalubribus ſapientum hominum conſilijs, gubernacula tenere, Dij immortales, quàm ſollicitam eam, anxiamq́ videmus, in perquirendis viris, longâ rerum experientiâ conſpicuis, variarum artium ac diſciplinarum peritisſimis, conſiliorumq́ quæ è re eſſent dandorum gnauisſimis, quos in conſilium adhibeat, iudicijs præficiat, quibus iuris dicendi poteſtatem tribuat. Quorſum igitur hæc tendunt? quorſum? Vt intelligamus omnes, iuſtitiâ nil carius, nil acceptius Ill. V. C. eſſe, quam columnam poſuit, qua fulciente, labefactari principatus ſuus neutiquam poſſit.

Habet

Habet enim quod ſequatur Ill. V. C. parentis ſui, principis optimi, longéq́; perſpicaciſsimi, piæ, ac deuotæ recordationis, exemplum. Vt enim factum eſſe putamus, in Brandeburgici Electoratus ditione, dulciſsima noſtra patria, eo tempore, cùm Germania vndiq; bello inteſtino, illinc diro papa, iſthinc Heldio, Granuellano & reliquis ſtrenuam operam nauantibus, anno à Chriſto nato 1546, ſequentiq́; anno, conflagraret, Huſſarorum crudelitatem experiretur, Hiſpanorum execranda auri fame expilaretur, Italorum fœda infandaq́; libidine conſpurcaretur, omnia diuina, humanáque iura, ſusq; deq; haberentur, cum omnes vndiq; nationes eſſent accerſitæ tanquam cohæredes, mortua repub. ad bona Germanorum rapienda, nulla apparuiſſe Martis veſtigia? Factúmne

hoc

hoc iusticia suo clypeo, Principem verè patriæ patrem, subditosq́ eius protegente, inficias quispiã ire poterit? Quare dubitandum non est, in elegendis principatus sui columnis, Ill. V. C. maximi licet monarchæ, & reges defecerint, nil aberrâsse, quibus persistentibus, nil Ill. V. C. respub. detrimenti capiet.

Ne autem in excolendis hisce columnis, quicquam desideretur, omnia verò competenti, decentiq́ donentur ordini, compagem quandam, ferruminationemq́ harum columnarum firmissimam, artium facultatumq́ue studia Ill. V. C. nec abs re statuit. Facilimè enim absq; linguarum cognitione, (Vt solidiora taceam) in errorum labyrinthos incideremus, ius, fasq́ue amitteremus. Modum expeditissimum, to-

tius

tius Christianismi extirpandi, Iulianus Apostata, Diabolica haud dubiè suggestione, si Christianorum liberos, artibus bonis, non imbui perfecisset, censebat. Igitur vt huic aliâs impendēti calamitati obuiā eatur, magnificentiâ maximâ, liberalitateq́ immensa, tum ipsa studia, tum verè literatos Ill. V. C. nutrit, atq; alit. Itaq; si Alexandrum absentem, quòd Aristotelem præceptorem, magnifecerit, quòd Theodecti philosophi memoriam, dum Thebæ euerterentur, honorauerit, laudibus, dictisq́ extollimus: V. Ill. Cels. quam præsentem intuemur, cuius mentem, vultumq́ & os cernimus, vt studia ipse, & literatos saluos esse, velit, quibus laudibus efferemus, quo studio prosequemur, qua subiectione complectemur? An non quemq; bonum, de Ill. V. C. bene me-

reri,

reri, quoniam gratiam habere nō licet, vt possit, hæc sollicitum teneant? Ille ipse me Hercule, Clementissimus Ill. V. C. erga studia fauor, & magnificentia, & tum à principibus maioribus Ill. V. C. felicissimæ recordationis, longè præstantissimis in meos tum à Cels. V. Ill. in meipsum profecta beneficia, (maximi enim ánnon id, vt alia sciens prudensq́ recensere supersedeam, æstimandum quis censeat, quòd V. Ill. Cels. stipendijs, sortiti simus præceptores, qui moribus, scientia, eruditione, facundiaq́ præpollentissimi, auditoribus suis fidelissimi, quicquid vt sciremus, ex ore illorum haurientes perceperimus, perfecêre: quorum temporibus florescere indies magis, iuris, in Ill. V. C. academia studium conspicabamur,) hæc inquam me beneficia exitârunt, vt illum, quem de

regali-

regalibus diuulgare susceperam tractatum, Augustissimo V. Ill. C. nomini consecrare, vt lacte saltem, si thure non liceret, litarem, vtq; qui erga principem meum clementissimum, mihi esset animus, subiectè deuotèq; declararem, subpudicè quidem vererer, non facere tamen, quin consecrarem, possem.

Si enim Michaël Angelus Blondus, ad Franciscum Gallorum Regem, si Hadrianus Cardinalis, ad Ascanium Sfortiam Cardinalem, si Dornadilla Scotorum Rex, vetustis temporibus ipsemet, de Venatione, alia tamen & forma, & materia scripserunt, ecquid me prohiberet, quæ de Venatione, ex varijs iuris prudentiæ flosculis, & scaturiginibus decerpserim, atq; comportârim, principi meo clementissimo dedicare?

Vsu

Vſu equidem venire poſſe, quod Phormioni Peripatico, olim acciderat, Animaduertebam: Vti enim is de officio ducis, reque militari facundiſsimè per horas aliquot Hannibale Pœno, tũ Epheſi exulante, audiente, diſſerens, delirans ſuper omnes ſenex, à Pœno exclamabatur: ita quoque qui Venationem quotidiè exercent, vitio mihi fortè daturos intelligebam, quòd qui nunquam venationi affuerim, venationis tamen argumenti tractationem, elegerim: At meminerint illi, vocabula, clamoresque venatoris inconditos (quibus tamen venatores, clareſcere ſe, planè perſuaſum habent) à me non ponderari, ſed quid in venationum dubÿs iuris ſit, per me, quantum præſtare poſſum (ita enim, materia regaliorum poſtulabat, fieri) enucleari.

Denique cum ad Ill. V.C. reliquo-

rum

rum administrorum, cõpositam iri sententiam, sciam, hæc opella, si Ill. V. C. operæ videbitur pretium, nihil metuenda erit calumnia. Hanc itaq; vt approbet Ill. V. C. quàm possum subiectissimè etiam etiamq́ue precibus contendo, meum erit, vt viuat Princeps Elector Brandeburgicus, dominus meus clementissimus, quotidiè DEVM optimum maximum precari. Datæ in Ill. V. C. oppido Francofurti ad Viadrum Calendis Quintilis, anno restauratæ salutis 1587.

V. Ill. C.

Obsequentissimus & addictissimus

Fridericus Pruckman V. I. D.

IVRIS

IVRIS STVDIOSIS
FRIDERICVS PRVCKMAN V.I.D.
SAL.



El ea erit commilitones optimi, atq; nobilissimi, quæ nos, ne alienis immisceamur, sed ea potiùs, quæ nostra sunt agamus, deterreat, ratio, quòd hominum curiositate fascinatorum, ita comparata ferè sit natura omnium, aliena, meliùs vt videant, & peragant, quàm sua: quod si opus erit in proprijs, rectè quid factu sit dijudicare, atq; dignoscere, vix vllum naturâ proditum erit vocabulum, quo horum inertiam titubationemq; assequi quis exprimereque possit. Quippe omnia exuperat curiosorum fatuitas. Hi igitur altius sapientes, quæq; extra se collocata, consti-

tutaq;

tutaq́ sunt, aßiduè indagantes, si quid præter expectationem euenerit, subsannationi cœcæ, infimæ etiam fæcis hominum, & me iudice haudquaquam indignè, seipsos exponunt. Thaletem Milesium, hominem philosophicâ sapientiâ longè præstantissimum, ad cœlum aspicientem, inq́ barathrum illapsum, ancillulam conspicatam, irrisisse priùs, deinde admonuisse, iniuriáne sibi id accidisse crederet, quandoquidem quæ ante pedes essent ignarus, cœlorum motum, syderumq́ cursum perscrutari, non esse verecundiæ tramites transilire, statuisset, autor est Antonius Monachus in Melissa. Quare ô socij curiositatem ceu pestem deuitemus, eiusq́ue aspectum ceu Gorgonis caput declinemus, de ijs verò, quæ cuiusque vocationis sunt, solliciti simus.

Hæc

Hæc mihi dum in animum, vestri gratiâ, prælectiones priuatas suscipere, induxeram, ob oculos obuersabantur, & in hodiernum vsq; diem retraxerunt. Cogitabam enim, abundare vos, DEI, Principisq; Electoris Domini nostri Clementißimi, benignitate, præceptoribus, & his quidem numero pluribus, eruditione præstantißimis, & præterea in Repub. capessenda gnauissimis. Quorsum igitur pertinet, meas nec stylo, nec rebus expolitis, decoratas, audire, hominis cum primis priuati prælectiones? Itaq; illo supersedere labore, animo planè destinaueram. At rem exactiùs considerantem, contraria demum peruicit sententia. Noueram enim me, & patriæ natum, quemq; verò pro viribus, quæ sentio, quàm in me sint exiguæ, patriæ opitulari, admodum

dum

dum decere: Noueram boni ciuis esse, spartam quam nactus esset, ornare: Noueram ferrum, quod quotidiè manibus teritur, politius, homines conspicari, noueram illudipsum terrà tectum ferrugine obduci, atq; corrodi: Noueram Scipionis Nasicæ, hominis priuati factum, à Cicerone nostro, pleno approbari, collaudarique ore: Noueram hunc mundum quasi mercatum esse, in quo non omnes, splendidis gemmis, candidisque vnionibus, perlucerent tabernæ: verùm ètiam crepundia vt exponerentur, vacarent apothecæ: Noueram deniq; quæ vestra hactenus erga me beneuolentia, quæ humanitatis fuêre officia. Ego itaq; si dißimilem me, vestris votis exhiberem, si vestræ in me pietati, pari animi promtitudine, non occursarem, facinus profectò me ipso indignum committe-

mitterem. Itaq; tricis istis, quæ me vsq; id temporis, complicârunt discissis, quod auspicatò fiat c. I. QUÆ SINT REGALIA, ex vsibus feudorum vobis proponere aggrediar. In cuius explicatione, obnixè dabo operam, vt quàm potero perspicuè, dilucidéq; quàm potero accuratè, quàm fieri potest breuissimè, dummodo nil ex necessarijs vel omittatur, vel negligatur, id vobis tradam, atq; explanem. Hi igitur qui nostrarum prælectionum, auditores esse desiderant, crastina in ædibus nostris luce, secundâ à meridie horâ, vbi hanc explicationem exordiemur, conueniant. Quod reliquum est, nihil hoc aliud industria, quàm vestrã commereri gratiam, à me quæri, protestor. Valete. Cal. Ianuarijs. Anno 1587.

AD RVBRICAM.

Quæ ſint Regalia.

TRactaturus, quæ ſint regalia, ita id peragere poſſe, cõmodiſſimè videor mihi, ſi ante circa Rubricam, in genere, de regalibus diſpiciamus, quàm peculiatim, de ſingulis regaliorum ſpeciebus, tractare incipiamus. Vbi illa ſectabimur veſtigia docendo.

1. *Vnde dicta ſint regalia.*
2. *Quid ſint regalia,*
3. *Quotuplicia ſint.*
4. *Quibus competant.*
5. *Quomodo acquirantur.*
6. *Quomodò amittantur.*

His autem ordine perluſtratis, conuertemus deinde nos, ad ſingulorum regaliorum tractationem, ibiq́ à venatione inchoando, ſingula regalia, de quibus nobis res erit, in ſuum paragraphum, ſuperiorem, mutatis tamen mutandis, methodũ ſequendo, diſcriminabimus. Quo tamen

men in loco, candidum lectorem admonitum volo, me non de omnibus regalibus, ſed præcipuis tantùm, eſſe dicturum. Aliàs enim fieret, vt opus immenſum & ſupra vires penè aggrederer, vt taceam, multa antiquitùs inter regalia recenſita, quorum hodierno die, vix vlla ſuperſunt veſtigia. Obnixè denique, vt quàm fieri poteſt, tàm ſuccinctè me expediam, omnem mouebo lapidem. Agè itaq; ad tractatum ipſum, DEO ter opt. Max. duce, accedamus.

CAPVT PRIMVM.

Vnde dicantur Regalia.

1. *Regalia dicuntur à rege, eo quod ad regem ſolum pertinent.*
2. *Regaliorum mentio facta apud Hiſtoriographos, vltra centum quinquaginta annos, antequam c. 1. quæ ſint regalia, ederetur.*
3. *Denominatio fit à digniori.*

4. Com-

4. Communis loquendi vsus, vt à proprietate quoque verborum recedamus, facit.

5. Vetustiora tanquam digniora præferenda.

6. Imperatores, originem ducunt à Iulio Cæsare.

7. Reges cœperunt, cum ipso iure gentium.

8. Imperator etiam à coronatione rex dicitur.

9. Regula denominationem à potiori sumendam, quando procedat.

10. Verba in excellentiori significatu sunt accipienda.

11. Regalia propriè sunt Impp. Romanorum.

12. Regis appellatione non venit, dux, comes, marchio.

13. Appellatione principis etiam dux, comes, marchio continetur.

14. Causa naturalis, præ accidentali attendenda.

15. A primordio tituli, posterior formatur euentus.

men in loco, candidum lectorem admonitum volo, me non de omnibus regalibus, sed præcipuis tantùm, esse dicturum. Aliàs enim fieret, vt opus immensum & supra vires penè aggrederer, vt taceam, multa antiquitùs inter regalia recensita, quorum hodierno die, vix vlla supersunt vestigia. Obnixè denique, vt quàm fieri potest, tàm succinctè me expediam, omnem mouebo lapidem. Agè itaq; ad tractatum ipsum, DEO ter opt. Max. duce, accedamus.

CAPVT PRIMVM.

Vnde dicantur Regalia.

1. *Regalia dicuntur à rege, eo quod ad regem solum pertinent.*
2. *Regaliorum mentio facta apud Historiographos, vltra centum quinquaginta annos, antequam c. 1. quæ sint regalia, ederetur.*
3. *Denominatio fit à digniori.*

4. Com-

4. *Communis loquendi vsus, vt à proprietate quoque verborum recedamus, facit.*
5. *Vetustiora tanquam digniora præferenda.*
6. *Imperatores, originem ducunt à Iulio Cæsare.*
7. *Reges cœperunt, cum ipso iure gentium.*
8. *Imperator etiam à coronatione rex dicitur.*
9. *Regula denominationem à potiori sumendam, quando procedat.*
10. *Verba in excellentiori significatu sunt accipienda.*
11. *Regalia propriè sunt Impp. Romanorum.*
12. *Regis appellatione non venit, dux, comes, marchio.*
13. *Appellatione principis etiam dux, comes, marchio continetur.*
14. *Causa naturalis, præ accidentali attendenda.*
15. *A primordio tituli, posterior formatur euentus.*

16. *Regi insunt regalia, sicut & reliquæ dignitates, tanquam primæ causæ, & ab eo, principibus inferioribus, ceu riuuli à fonte instillantur.*

17. *Imperator cum omnibus reliquis principibus, in regalibus, dignitatibus, & iurisdictione concurrit.*

18. *Imperator, in iurisdictione, concurrit etiam cum Camera Imperiali.*

1. Regalia non satis latino vocabulo (nunquam enim hac dictione, clasſicos linguæ latinæ autores, vsos esse memini) à rege dicta sunt. Eò quod ad regem, respectum suum dirigant. *Bl. c. nisi. n. 5. extra. off. leg. Bl. c. 1. in pr. n. 8. episc. vel abb. Mart. Laud. tr. principe. conclus. 362. Cap. tr. ser. rust. præd. c. 3. n. 17. Bossius tr. princip. tt. regal. n. 2. Igneus L. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 36. ff. ad S. C. Syllani. Ripa resp. 186. n. 3. Rol. à valle cons. 4. n. 14. vol. 3.*

2. Fuerunt autem in vsu, vltra sesquicentum, ante conditam, hanc Fride-

Friderici Barbarossæ constitutionem, tempore nimirum Ottonis Magni, Imperatoris ante Fridericum decimi. Cuius res gestas Carolus Sigonius describens, cum incidisset in regaliorum mentionem, ita fatur: Erant autem regalia, dignitates & prædia, quæ rex benemeritis ad arbitrium concedabat, dignitates, vt duces, marchiones, comites, capitanei, valuasores, & valuasini: prædia, vt vectigalia, telonia, portus, ripatica, pedatica, monetæ, piscariæ, molendina, salinæ, fluminum vsus, & omnis ex illis proficiscens prouentus, & quæ generis erant huiusmodi. *Sigon. lib. 7. de regn. Italia.*

Non obstat, quod imperialia potiùs, ab imperatore, quàm regalia, à rege dicenda esse videbantur, cum à digniori denominatio fieri debeat. *gl. L. 1. in pr. ibi Ias. n. 21. Ripa n. 66. Crottus. n. 49. & dd. ff. verb. obl. Bl. in prælud. feudor. n. 10. Ias. L. imp* 3.

rium. n. 3. ibi Sap. n. 1. ff. iurisd. om. iud. Ias. L. 1. in pr. n. 4. ff. acquir. poss. Ripa rubr. n. 4 ff. eod. Paul. Orian. L. 1. n. 83. ff. off. eius cui mand. est iurisdict. Alc. L. 1. §. eandem autem. n. 42. ff. verb. obl. Tir. V. R. p. 1. §. 30. gl. 1. n. 15. Tir. LL. connub. gl. 1. n. 96. Stracch. tr. mercat. p. 1. n. 50. & 52. Gail obs. 30. n. 22. & obs. 38. n. 7. lib. 1. Curt. tr. feud. p. 1. q. 6. n. 5. Andreas ab Exea tr. pact. n. 30. & 31. per. L. quaeritur. ff. stat. homin.

4. Imperator enim ad communem loquendi vsum respexit, quo regalia, praeeminentiae istae, non imperialia vocabantur, quare improbandus non est, cum propter vsum loquendi communem, consuetudineque roboratum, à proprietate etiam verborum, in quacunque materia, saepissimè recedamus. *Br. L. non dubium. n. 11. C. LL. Br. L. Labeo. n. 1. ff. supp. leg. Panorm. in procem. decretal. vers. Gregorius. n. 8. ibi Felin. n. 3. Euer. in top. in Loc. ab opin. vulgi. n. 2. Mathesil. sing. 96. Cagn. in procem. ff. forum*

rum. n. 25. Niconitius Rubr. n. 51. ff. Sol. matrim. Hanibal rubr. n. 103. ff. eod. tit. Lanfr. de Oriano L. admonendi. n. 79. ff. iureiur. Niconitius Rubr. n. 205. ff. op. no. nunc. Raynerius de Forliuio L. omnes populi. n. 3. ff. iust. & iur. Barb. L. cum acutissimi. n. 41. C. fideicom. Ronche. rubr. n. 50. ff. duobus reis. Mant. tr. coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 13. n. 21. per L. cum de lanionis. ff. fund. inst.

Vel dici poteſt, Imperatorem, dum regaliorum vocabulo vteretur, vetuſtiora tanquam digniora prætuliſſe, conſequenterq́; à digniori denominationem factam eſſe. *arg. §. singulorum. ibi Aldobr. Inst. rer. diuis. c. anteriorum. §. illud. 2. q. 6. c. quanto. extra. translat. prælat. L. testamenta. C. testam. L. fin. ff. fid n st rum. Tir. V. R. p. 1. §. 30. gl. 1. n. 16.* 5.

Imperatores enim, qui & Cæſares, primùm à Iulio Cæſare cœperunt. *gl. in procem. Inst. in pr. verb. Cæsar. ibi Ioh. Fab. n. 5. Platea. n. 11. Porc. n. 9. & dd. Cagn. in procem. fforum.* 6.

n. 34. Mart. Laud. tr. principe concl. 77.

7. Cum tamen reges, cum ipso gentium iure, simul extiterint. *Bl. tr. Schismatis. vers. in nomine. n. 36. Luc. de Penn. L. vn. verb. regiam. C. conduct. & procurat. lib. 11. And. de Isern. rubr. n. 2. h. t. Affl. c. 1. in pr. n. 37. de his qui feud. dar. poss. Mar. tr. ord. iudic. 3. p. n. 15. Cagn. L. 2. n. 2. ff. orig. iur. Iohan. Bapt. Asin. in sua praxi in pr. c. 2. n. 7. Vasq. ill. contr. c. 1. n. 25. Oldr. cons 69. n. 5. text. L. 2. in pr. & §. quod ad magistratus. ff. orig. iur. L. ex hoc iure. ff. iust. & iur.*

Et esi communis opinio, de qua attestatur. *Eman. Soar. in suis com. opin. litera R. n. 20. & 21.*

8. Deniq; & ad id responderi rectè poterit, regalia dici, & non imperialia, eò quod regis appellatione, etiam Imperator contineatur, quem etiam post coronationem, regem rectè dici constat. *Andr. de Isern. Rubr. n. 1. ibi Affl. n. 5. h. t. Aluar. c. 1. in pr.*

pr. de no. for. fideli. Guilh. de Perno. tr. principe. tit. de rege. n. 5. text. c. tibi domino. 63. distinct.

Qua retenta ratione, nil nobis negocij facesset, prædicta iuris regula, à potiori denominationem sumendam. Procedet namque ea, non in his, quæ simplicia sunt, sed quæ mixtæ sunt naturæ, & ex pluribus conficiuntur. In his namque denominatio illi, quod dignius est, tribuitur. *Fel. in proœm. decert. vers. Gregorius episcopus. n. 1. Bertach. in suo repert. lit. D. verb. denominatio. Hier. Butigella L. lecta n. 107. ff. si cer. pet. arg. d. L. quæritur. ff. stat. hom. L. 1. in pr. ff. verb. oblig.* 9.

Vel regalia à rege Romanorum, qui Imperator est, per excellentiam, & antinomasiam, deducemus. Quandoquidem iuris est, verba, in potentiori excellentiorique significatu, accipi debere. *§. sed ius quidem ciuile. Inst. iur. nat. gent. & ciu. Bl. L. filium. n. 2. ff. his qui sunt sui vel al. iur. Ias. rubr. n. 2. ibi Sap. n. 7. ff. iurisd.* 10.

risd. om. iud. Paul. de Orian. Rubr. n. 11. ff. off. eius cui mand. est iurisdict. Hipp. de Mars. L. de vnoquoque. n. 2. ff. re. iudic. Marius Salomonius L. omnes populi. n. 20. & 73. ff. iust. & iur. Marius Salomonius. L. Gallus. §. Et quid si tantum. n. 8. & n. 24. ff. lib. & posth. Tir. V. R. p. 2. §. 2. gl. 1. n. 8. L. non aliter. ff. leg. 3.

11. Iam ergo regalia propria Romanorum regum esse videntur, non quod exteri reges illis destituantur, sed quod regalia Romani reges, à nemine alio, acceperint, quodque ijs alio modo, atque alij reges vtantur, fruantur. Exemplo eius quod de patria potestate dicitur in. §. ius autem. ibi gl. verb. Romanorum. Inst. pat. pot. Quam in id propositum expendit *Pinel. rubr. p. 2. n. 9. C. bon. matern.*

Verùm alia etiam ratione, non regalia sed principalia potiùs dicenda videbantur. Cum non solùm regi siue regem, de rege Romanorum, siue de alio rege intelligas, verùm

rum etiam ducibus, marchionibus, comitibus, nonnunquam etiam nobilibus competant, vt abundè suo loco trademus.

Cum tamen hi regis appella- 12.
tione non veniant. *arg. §. consideremus auth. trient. & sem.*

Sub principis verò appellatio- 13.
ne contineantur. *gl. Clem. 1. verb. regnum. ibi Ioh. de Imola. n. 7. de baptism. Bertach. in suo repert. verb. princeps. Iacob. de S. Georg tr. feud. verb. princeps Pedemontium. n. 1. Boßius tr. principe. n. 1. Sichard. L. ex imperfecto. n. 5. C. testam. arg. c. quamuis. extra verb. sign. c. in apibus. 7. q. 1.*

Sed & hoc in contrarium argumentum facilè eludetur, si vel respondeatur, Imperatorem Fridericum, communi loquendi vsui sese conformâsse, vt suprâ diximus.

Vel causam primam, tanquam 14.
digniorem, præ accidentali attendisse. *Ioh. Ant. Rub. L. penult. §. ad crimen. n. 180. ff. pub. iudic. Sapia. L. emancis*

mancipati, n. 60. C. collat. Claud. de Seis. spec. feud. Rubr. qui feud. dar. poss. §. 1. vers. aut verò papa. arg. L. 3. in pr. ff. tutel.

15. Atq; primordio tituli, posteriorem euentum formâsse. Quod iuri est consentaneum. *Neguz. tr. pignor. 2. memb. 5. p. p. n. 50. Affl. decis. 376. n. 5. Lup. Rubr. §. 62. n. 28. extra. donat. inter. vir. & vxor. Gail obs. 49. n. 6. lib. 2. Rubeus d. l. penult. §. ad crimen. n. 180. text. L. vn. C. imp. lucrat. descr. lib. 10. Curt. tr. feud. p. 2. q. 1. n. 7.*

16. Regi enim regalia, reliquæq; dignitates omnes, tanquam primæ causæ insunt, & ab eo ceu riuuli à fonte & scaturigine sua accidentaliter proficiscuntur, esse suum deducunt, & non nisi rege concedente acquiruntur. *Bl. c. 1. n. 1. ibi Aluar. n. 4. Prapos. n. 1. Affl. n. 1. & dd. quis dic. dux. com. vel march. Mar. tr. ord. iud. p. 4. dict. 5. n. 3. Br. L. 1. n. 15. ff. iurisd. om. iud. Guilh. de Pern. tr.*

princi-

principe tit. de principe. n. 70. Boss. tr. crimin. Rubr. de for. comp. n. 77. & dixi in repert. L. in multis memb. 3. art. 23. n. 13. ff. stat. homin. per L. 1. ff. const. princip.

Et rex, seu Imperator cum omnibus reliquis principibus, in regalibus, Iurisdictione, & dignitatibus. *Bl. c. 1. in pr. n. 1. ibi Affl. n. 6. de his qui feud. dar. poss. Bl. c. 1. n. 1. ibi Affl. n. 1. quis dic. dux com. vel. march. Affl. c. 1. §. fin. n. 6. quib. mod. feud. am. Bl. in salut. Gregor. n. 1. Ias. rubr. qui feud. dar. poss. n. 4. Claud. de Seisell. spec. feud. Rubr. qui feud. dar. poss. §. 1. vers. sed Martinus. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. n. 2. Brunus cons. 47. n. 5. arg. L. deprecatio. ff. ad L. Rhod. de iactu.* 17.

Imò cum ipsa camera imperiali concurrit. *And. Gail obs. 41. n. 8. & obs. 11. n. 5. lib. 1.* 18.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ sint Regalia.

1. *Definitio, vel descriptio regaliorum.*
2. *Ius rerum incorporalium genus est.*
3. *Appellatione principis largissima, continentur duces, marchiones, comites, barones, secus ex propria & stricta significatione.*
4. *Verba definitionum debent esse propria.*
5. *Regalia potiùs sunt qualitates personæ, etsi territorio insint.*
6. *Regaliorum vsus propemodum nullus, ante legem regiam erat.*
7. *Regalia reliquis partim necessitate*
8. *Partim beneuolentia flagitantibus, à principe sunt tributa.*
9. *Lex regia illa, qua Cæsari perpetua dictatura permittebatur, erit.*
10. *Regalia principi, vt ius, iusticiamq; subditis administret, concessa.*
11. *Principem nil magis decet, quàm oppressos in libertatem asserere, viduis*

duis opitulari, pupillisq; auxilium exhibere.

12. *Principis est, legum contaminatores gladio vltore persequi, bonos præmijs, atq; honoribus fouere.*

13. *Principis regnum, atque principatus, stabilis erit, si ius, iusticiamq; coluerit.*

Circa secundum caput concludo: Regalia esse ius, personæ principis, vel superiorem non recognoscentis, vel quibus illi dederint, cohærens, illis in signum præeminentiæ, dignitatisq; fastigium, lege regia, vel à superiore concessum, vel præscriptione, consuetudineúe acquisitum, vt ius, & iustitiam subditis administrent. 1.

Hæc definitio causalis est, in qua IVS est genus. Res enim incorporales omnes, in quarum album regalia quoq; referenda sunt, in iure consistunt. *Vers. incorporales. Inst. reb. corp. & incorp.* 2.

Mate-

Materia in qua, sunt principes, & alij, quorum in definitione fit mentio.

Ideo autem dixi, vel superiorem non recognoscentis &c. vel quibus illi dederint &c. Nam etsi principis appellatione, hi omnes contineantur, *vt superius tetigi.*

3. Tamen id procedit ex largissima duntaxat significatione. *Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. princeps Pedemontium. Bosstus tr. principe. n. 1.*

Quapropter dicta verba, non erunt superflua. Si enim principis vocabulum propriè acceperis, de supremis tantùm principibus intelligetur.

4. Verba autem in definitionibus propriè accipi debere indubitati iuris est. *Br. L. omnes populi. n. 59. ff. iust. & iur. Ioh. Hanib. Rubr. n. 381. ff. sol. mat. Ioh. Hanib. Rub. n. 88. ff. vsucap. Stracch. tr. mercat. tt. mandati. n34. ferè ad fin. per L. quis sit fugitiuus. §. erronem. ff. ad. edict.*

Dico:

Dico: personæ cohærens: Cohærent enim regalia principi & aliorum personis, & si territorio insint, consequenterq; personæ potius qualitates, quàm territorij rectè existimantur. *Br. L. 1. n. 14. ibi Sap. n. 66. ff. iurisd. om. iud. Vallascus L. imperium. n. 42. ibi Longouallius n. 201. ff. eod. tit. Zoanett. L. 2. n. 207. C. pact. int. emt. & vendit. per L. qui furere ff. stat. homin.* 5.

Verba in signum etc. cum seqq. causam formalem denotant.

Dico: lege regia etc. quibus causa efficiens demonstratur. Ante legem enim regiam latam, nulla penes principem erat iurisdictio, nullus regaliorum vsus, quæ postea lege regia sancita in principem transiuerunt. §. *sed & quod principi Inst. iur. nat. gent. & ciuil. Paul. Orian. L. 1. n. 31. ff. off. eius cui mand. est iurisd. Igneus L. necessarios. §. non aliàs p. 2. n. 70. ff. ad Syllami.* 6.

 A prin-

7\. A principe verò partim necessitate. *c. valdè necessarium 94. distinct. arg. L. necessarium. §. post deinde ff. for. iur.*

8\. Partim benemeritis, circa principem flagitantibus reliquis inferioribus principibus, sunt communicata atque tributa. *per trad. Bl. in proœm. feud. n. 8. iunct. L. qua de tota. ff. Rei vend.*

9\. Legem autem regiam (saluo cuiusq; rectiùs intelligentis iudicio) intelligo, de illo senatusconsulto & decreto, quo Iulio Cæsari perpetua dictatura permittebatur. *de quo L. Florus in Liuian. Epit. lib. 116.*

Verba: vel præscriptione, vel consuetudine acquisitum, suo loco, cap. nimirum quinto, fusiùs declarabuntur.

6\. Vltimis verbis, causa finalis ostenditur: principibus enim, vt ius, iusticiamq; subditis administrent, regalia cõcessa, passim apud nostrates receptũ est. *Br. L. nequid. n. 2. ff. inc. ruin.*

ruin. naufr. Bl. c. 1. §. conuenticulas n. 7. de pac. iur. fir. Matth. de Affl. rubr. n. 7. h. t. Ripa L. quo minus. n. 15. ff. flu- min. Cephal. cons. 150. n. 24. lib. 1.

Nihil enim magis refulget in principe, nihil quod illos magis decceat, quàm iusticiam facere, oppressos de manu calumniantium asserere, pupillis, viduis, & peregrinis, clementiam auxiliumq́; suum exhibere. *c. regnum 23. q. 5. Mart. Laud. tr. principe conclus. 116. Rol. à valle cons. 20. n. 2. vol. 2.* 11.

Legum contaminatores, gladio vltore persequi, bonos præmĳs, atque honoribus fouere. *c. solita. x. maior. & obed. c. ad reprimendam. x. off. ordin. L. 3. ff. off. præs. Paris de put. tr. Synd. Rubr. de excessibus regum. n. 45. Laud. tr. principe conclus. 99. Fortun. Garzia L. veluti. n. 55. ff. iust. & iur. Gaspar Vallasc. L. imperium. n. 98. ff. iurisd. om. iud. Chassan. in consuet. Bug. Rubr. 1. §. 4. gl. 1. n. 3. Neuiz. cons. 12. in t. cons. Bruni. n. 98.* 12.

13. Hoc si fecerint stabile erit, fixumque regnum eorum in perpetuum. *Marin. Freccia tr. subfeud. lib. 1. tit. off. magist. iustit. n. 6.*

CAPUT III.

Quotuplicia sint Regalia.

1. *Alia sunt regalia papæ Romani, alia principum secularium.*
2. *Regalia alia sunt maiora, alia minora.*
3. *Regalia alia sunt transitoria, alia non transitoria, sed supremi principis ossibus inhærentia.*

1. Circa tertium caput concludo primò: Alia esse regalia, siue præeminentias papales, de quibus *gl. c. 1. verb. pertineant. ibi dd. x̃. translat. ep. gl. c. quod translationem. verb. reseruata. x̃. off. leg.*

De his quidem, nihil nobis res est, sed videndus erit *Franc. Aluarez. in suo spec. summ: princ: per tot.*

Alia

Alia ſunt regalia, principibus ſecularibus competentia, de quibus agit *text, noster hic, & inferius, per tot. tractatum videbimus.*

Secundô concludo: Regalia alia eſſe maiora, ſiue ſoli principi reſeruata, vt puta, monetam cudere, iudices dare, notarios creare, vniuerſitates vel iungere vel diſiungere: Alia eſſe minora, vt ſunt venatio, piſcatio, & eius generis alia. *Claud. de Seis. ſpec. feud. Rubr. qui feud. dar. poſſ. §. 1. vers. nam quædam cum vers. ſeq. Sonsbeck. tr. feud. p. 8. n. 19.* 2.

Tertio concludo: Regalia alia eſſe, ad inferiores à principe tranſitoria, alia tantoperè principis oſsibus inhærentia, vt hinc neutiquam euelli, nec in alium tranſire poſsint: Exempli gratia; Imperator nemini aliĳ, imperĳ totius regalia indulgere, nec princeps inferior, quem alium principem, proprĳ principatus, creare vel conſtituere poteſt. Iſta enim 3.

Iura (vt ità loquar) sunt personalissima, omnis segregationis, à principis persona, in qua radicata sunt expertia, vt rectè tradit *Igneus L. necessarios. §. non aliâs. p. 4. n. 132. ff. ad S. C. Syllani. text. c. intellecto. extra. iureiur.*

CAPVT IIII.

Quibus Regalia competant.

1. *Regalia competunt Imperatori Romano.*
2. *Casus legis, vbi expressus est, quæstionem suscitari non oportet.*
3. *Regalia competunt Papæ Romano, vt habet communior opinio.*
4. *Papa est Dei vicarius.*
5. *Christus & Papa, habent vnum idemq́ consistorium.*
6. *DEVS Dominus totius mundi, Ergò etiam Dominus papa, eius vicarius.*
7. *Papa, Ecclesiæ DEI caput est,*

ad

ad quod tanquam membra, dignitates omnes referendæ sunt.

8. Caput membris dignius & præstantius. Capiti denegari non potest, quod membris licet, ibid.

9. Papa instar Solis est, reliquis omnibus comparatus.

10. Fictio in casu ficto, idem quod veritas in casu vero, operatur.

11. Papam regalia parui vsurpare, verior habet opinio.

12. Christus suis dixit: Regum gentium esse dominare, sed discipulis suis minimè conuenire.

13. Diuisum Ioui, et Cæsari est imperium.

14. Proprium testimonium sordescit.

15. Nemo in causa propria, testimonij ferendi habet facultatem.

16. Regalia, cuilibet regi, in regno suo competunt.

17. Vbi est eadem ratio, ibi idem ius.

18. Quæ rationis nexus connexuit, iuris dispositio separare non debet.

pter iniusticiam transfertur.

32. Regalia in illis regnis, sunt regum gentilium, quæ possederunt, tempore immemoriali, aliud est, quò ad illa, quæ breui Christianis eiectis, occupârunt.

33. Possessio non amittitur, quandiu recuperandi animus superest.

34. Regalia competunt, marchionibus, ducibus, comitibus, baronibus, & quandoq; etiam nobilibus, cuilibet in suo territorio.

35. Ipsi facimus ea, quibus autoritatem impartimur.

36. Duces, marchiones, & reliqui, perpetuò regalem dignitatem obtinentes, in suis territorijs, iuribus imperatoris fruuntur.

37. Marchio, in suo marchionatu, sicut & reliqui, nil à principe, nisi ambitus ratione differunt.

38. Regalia competunt liberis ciuitatibus.

39. Regalia Episcopis, vt episcopis non competunt, competunt verò eis, vt

principibus, & statibus imperij.

40\. *Episcopus, de controuersia feudali, vt feudi dominus cognoscens, non vt Episcopus, sed vt princeps, cognoscere dicitur, & ab eo, non ad papam, sed ad Imperatorem prouocatur.*

41\. *Episcopus, vt Episcopus, imperio non subest. Delicta impunita remanere non debent ibid.*

42\. *Persona vna, & eadem, diuerso respectu, deuerso iure censetur.*

43\. *Arnoldus quidam Brixianus, hæresi ob id, quod Regalia Episcopis denegârat, damnatus.*

44\. *Regalia, abbatibus, principum titulo ornatis, non vt abbatibus, sed vt principibus concessa intelliguntur.*

1\. Circa quartum caput, quibus competant Regalia, concludo primò: Regalia competere Imperatori Romano. Quod quasi indubitatum est, *per text. nostr. hic.*

Igitur

Igitur id exactiùs, non examinemus. Quandoquidem casum legis expressum habeamus. Quæstionem verò, vbi textus est decisio, moueri non oporteat *Vulg. L. ancille. C. furt. Ias. l. illam. n. 4. per ill. text. C. collat. Rol. à valle cons. 69. n. 18. cons. 80. n. 4. vol. 1. cons. 79. n. 87. vol. 3. Et plurimos allegaui in id in repet. L. in multis. memb. 2. art. 14. n. 7. ff. stat. homin.* 2.

Secundò concludo: papæ regalia etiam temporalia competere, vt habet communior opinio. *Præpos. c. 1. n. 2. ibi. Affl. n. 2. & dd. de feud. marchiæ. Ias. rubr. qui feud. dare poss. n. 4. Claud. de Seys. Spec. feud. Rubr. qui feud. dare poss. §. 1. vers. sed Martinus.* 3.

Tùm quia papa est loco Petri, & sic vicarius DEI. *c. in nouo. 21. distinc. c. Videntes. 12. q. 1. Panorm. c. venerabilem. n. 20. x̃. qui fil. sint legit.* 4.

Imò Christus & papa, habent vnum, & idem consistorium *Mart.* 5.

Laud.

Laud. tr. principe conclus. 474. post Host. & Iohan. And. quos refert.

6. Quemadmodum igitur DEVS totius mundi Dominus est, ita quoq; dominus papa, eius vicarius, seu locum tenens. *Panorm. c. nouit n. 11. ibi dd. com: x. iudic.*

7. Tùm quia caput in Ecclesia est papa, à quo omnes dignitates, ceu membra orginem trahunt. *gl. Clem. ad nostrũ. verb. ecclesiæ. ibi Ioh. de Imola. n. 13. de hæret. c. significasti in f. x̃. elect.*

8. Igitur quod membris licet, capiti denegari haud poterit. Cum hoc illis sit, & dignius & præstantius. *Alex. L. 1. in pr. n. 34. ibi Ripa. n. 67. ff. verb. oblig. gl. §. religiosum ibi Ang. & dd. verb. mortuum Inst. rer. diuis. Bl. c. 1. n. 8. de allodijs Abb. c. cum non liceat n. 1. ibi Fel. n. 1. x̃. præscript. Bertach. in repert. lit. C. verb. caput. per text. L. cum in diuersis. ibi Br. ff. relig. & sumt. funer.*

Tùm

Tum quia papa reliquis prin- 9.
cipibus comparatus, vti Sol, inter reliquas stellas censendus est. *Bl. c. bonæ el. 2. n. 9. x̃ post prælat. Ias. d. rubr. qui feud. dar. poss. n. 4. Mart. Laud. tr. princ. conclus. 170. Curt. tr. feud. 1. p. 2. p. p. q. 11. n. 5. c. solitæ. §. præterea x̃ maior & obed.*

Vndè quemadmodum lucem 10.
suam à Sole, reliqua mutuantur Sydera: ità quoque papæ, reliqui principes, & dignitates & regalia sua accepto ferunt. Cùm fictionem in casu ficto, eandem quam veritas in casu vero, habere efficaciam, explorati iuris sit. *L. vn. in pr. C. rei vxor. act. L. cum. ex oratione ff. excus. tut. Inst. stipulat. seruor. in pr. Bl. L. tale pactum. lect. 2. n. 2. ff. pact. Br. L. maritus. §. legis Iuliæ. n. vnic. ff. ad L. Iul. de adult. Ias L. si is qui pro emtore. n. 216. ff. vsucap. Ioh. de Imola L. lege Cornelia. n. 3. ff. testam. Euerard. in top. in L. à vi fict. n. 4. Aldobr. §. si aduersus hist. nupt. Dec. L. singularia n. 6. ff. si cer.*

pet.

pet. And. ab Exea tr. pact. n. 398. Crottus L. 1. in pr. n. 64. ff. acquir. poss. Crottus L. si is qui pro emtore. n. 22. ff. vsucap. Coras. L. 1. in pr. n. 8. ff. verb. oblig. Hormannoctius Detus L. 4. §. Cato. n. 331. ff. eod. tit. Ias. L. ab emtione. n. 11. ff. pact. Cacherr. decis. 36. n. 3. Mant. tr. coniect. vlt. volunt. lib. 11. tt. 18. n. 39. Gail obs. 127. n. 6. lib. 1. Ioh. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 19. c. 15. n. 4. Card. Paris. cons. 22. n. 10. vol. 2. cons. 118. n. 32. vol. 4.

11. At licet hæc magis recepta videatur opinio, contraria tamen quæ habet, quòd ad Imperatorem regalia, eorundemq; dignitates pertineant, Papa verò praua vsurpatione, sibi ista ascribere, Imperatoriq; eripere nitatur, longè maiori veritati, licet catholico homini, eam seqni, hæreticum sit, innititur, quam tenent. *Bl. d. c. 1. n. 3. ibi Aluar. n. 1. per. ill. text. de feud. march.*

Et

Et confirmatur, ex eo, quod 12.
Christus dixit: Reges gentium dominantur, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur, vos autem non sic. *Matth. c. 20. n. 25. Marc. c. 10. n. 42. Luc. c. 22. n. 25.*

Nec obstat: quod Christi vi 13.
carius sit Papa: Nam posito, sed non concesso, Christi vicarium papam esse, diuisum tamen Ioui, cum Cæsare (vt Virgilij verbis vtar) & habitu & potentia, imperium est. *Vt latè tradit Couarr. c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 7. de Reg. iur. lib. 6.*

Et esse communiorem & veriorem opinionem attestatur. *Vasq. ill. contr. c. 20. n. 2. c. 21. n. 1. & c. 22. n. 1.*

Nullius quoque momenti aliæ 14.
duæ rationes, pro communi opinione adductæ sunt. Nam Papa se ipsum caput Ecclesiæ constituit, & Soli assimilauit. Quapropter

Quapropter eius teſtimonium verum non eſt. Tum per id quod ſcriptum eſt. *Iohan. c. 8. n. 13.*

15. Tum quia omnibus in re propria dicendi teſtimonium facultatem, iura ſubmotam eſſe voluêre. *L. omnibus. ibi Cyn. n. 1. Br. Bl. n. 3. Sal. n. 1. Caſtr. n. 1. & dd. C. teſtibus. L. nullus. ff. eod. tit. Specul. tit. de. teſte. §. 1. n. 88. Br. L. qui teſtamento n. 1. ff. teſtam. Iſern. in prælud. feud. n. 28. Affl. decis. 400. n. 7.*

16. Tertiò concludo: Regalia, regibus quibuſcunq; præter Romanum regem, in regno ſuo competere. *Bl. rubr. noſt. h. n. 1. ibi Iſern. n. 2. Aluar. vers. quæro ab extra. Affl. n. 4. & dd. præpos. c. 1. n. 1. ĩ. h. t. Mart. Laud. tr. principe conclus. 319. & conclus. 537. Bl. L. 3. n. 1. C. ad S. C. Trebell.*

Licet contrarium teneat, cuius opinio recepta non eſt. *Hoſt. in ſumm. n. 9. x̃. cenſib.*

Tum

Tùm quia in præsenti subie- 17.
cto, inter Regem Romanum, reliquosq; reges, nulla sana diuersitatis ratio assignari potest. Et certum est, quod vbi est eadem ratio, ibi quoq; idem ius statuendum sit. *L. illud. ff. ad L. Aquil. L. à Titio. ff. verb. oblig. Bl. l. de quibus. n. 106. ff. LL. Bl. auth. post fratres. lect. 2. n. 3. C. legit. hæred. Tiraq. LL. connub. gl. 5. n. 60. Plot. tr. de in lit. iur. §. 4. n. 53. Affl. decis. 321. n. 7. Euerard. in top. in Loc. à simili. n. 1. & 2. Crottus. L. Gallus. §. & quid si tantum. n. 92. ff. liber. & posth. Cæsar Contard. L. diffamari. c. 3. n. 49. C. ingen. manum. Curt. tr. feud. 4. p. p. n. 77.*

Quodq;, quæ rationis nexus 18.
connexuit, iuris dispositio separare non debeat. *Bl. c. quia v. n. 5. circa med. x̃. iudic. Euer. in top. in L. à simili. n. 1. Tir. V. R. p. 1. §. 20. gl. vn. n. 2.*

Tùm quia rex in suo regno 19.
Monarcha est. *Isern. c. 1. n. 8. de no. for. fidelit. Affl. rubr. nostr. h. n. 5. cir-*

ca med. Bertach. tr. gab. p. 1. n. 3. post med. Guilh. de Pern. tr. principe, tit. de rege. n. 4. Claud. de Seis. Spec. feud. Rubr. qui feud. dar. poss §. 1. vers. & istud. facit Boer. decis. 8. n. 4. Marin. Frecc. tr. subfeud. lib. 1. Rubr. de orig. baron. n. 35. & lib. 2. vers. 12. quaero. n. 18. Lup. rubr. in introduct. n. 18. x^o donat. int. vir. & vxor. Chassan. in proœm. consuetud. Burg. verb. duc. n. 3. Cagn. L. si quis maior. n. 118. C. transact. Iacob. de Nigr. L. 1. n. 14. ff. off. eius cui mand. est iurisdict. Cardin. paris. cons. 27. n. 6. vol. 1.

20. Tum quia rex eandem in suo regno, quàm Imperator in vniuerso, imò maiorẽ habet potestatem, quandoquidem rex, regnum ad liberos, quod in Imperatore secus est, transmittat. *Andreas de Isern. Rubr. nostra hic. n. 2. ibi Affl. n. 5. vers. imò maiori. Claud. de Seys. Spec feud. rubr. qui feud. dar. poss. §. 1. vers secundò amplia. Curt. tr. feud. 2. p. 2. p. p. n. 6. & 7. Marin. Frecc. tr. subfeud. d. rubr. de orig. baron.*

baron. n. 36. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 8. §. 3. gl. 2. n. 23. Capyc. decis. 121. n. 13. per text. c. licet. x. vot.

Nec obstat Hostiensis conside- 21.
ratio : Legem regiam respectu aliorum regum latam non esse. Quapropter nec regaliorum ius, illis competere posse. Quia verum quidẽ est, quod ex lege regia, reliqui, præter Romanum, Reges, regalia sua, deducere, probareq; nequeãt, sed hinc illis facultas regaliorum exercendorum denegari planè non potest, cum præter legem regiam & præscriptione, & consuetudine regalia acquirantur, vt suo loco abundè demonstrabitur, consequitur equidem ex prædicta Hostiensis ratione, alio modo penes Romanum principem regalia esse, alio item modo, penes exteros reges, quod & superiùs annotauimus.

Hæc conclusio limitatur : vt 22.
non procedat quo ad reges gentiliũ, crucis Christi inimicos, his enim de

iure nulla regalia competunt, quantumuis de facto sibi vsurpent. *Host. c. quod super. ibi Ant. de But. col. penult. vers. ad tertium. & Panorm. n. 10. x̃. voto. arg c. si de rebus. 23. q. 7.* Et hanc esse veriorem opinionem attestatur *Affl. rubr. nostr. h. n. 6. ad fin. ferè, Oldr. cons. 72. n. 3.*

23. Contrarium tenet. *Innoc. d. c. quod super. n. 3. x̃. vot. Archid. c. fin. 3. q. 7. quem refert & sequitur Sap. in add. ad. Panorm. d. c. quod super vers. & adde hic. Bl. L. cunctos populos. n. 10. C. sum. trinit. & fid. Cathol. & latissimè comprobat Vasq. ill. cont. c. 24. per totum.* Et hanc esse veriorem opinionem, in quam omnibus eundum & ego censuerim, attestatur. *Couar. c. peccatum p. 2. §. 10. n. 2. de R. I. lib. 6.*

24. Et confirmatur: Tùm autoritate ipsius Christi, Cæsari quæ Cæsaris sunt, qui tamen tùm temporis, idolorum cultor erat, dari præcipientis. *Matth. c. 22. n. 21. Marc. c. 12. n. 17. Luc. c. 20. n. 25.*

Tùm

Tùm pedagium (quod ſpecies regaliorum eſt) exoluentis. *Matth. c. 17. n. 27.* 25.

Tùm Pilato, homini Ethnico dicentis: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam (vbi tamen agitur, de ſuprema iuriſdictione) niſi tibi datum eſſet, deſuper. *Iohannis c. 19. n. 11.* 26.

Tùm per id: quod Hazaëlem, qui tamen infidelis erat, infideli populo imperabat, DEI populum perſequebatur, regem vngi Siriæ, dominus præcepit. *3. Regum c. 19. n. 15.* 27.

Tùm quia regna, conſequenterq; regalia, ſunt iuris gentium. *L. ex hoc iure ff. iuſt. & iur. & ſ. dictum eſt.* 28.

Quo iure non ſolum Chriſtiani nominis: Verum etiam barbari, & cuiuſuis religionis homines, vtuntur. *§. ius autem ciuile. Inſt. iur. nat. gent. & ciuil. c. ius gentium. diſtinct. 1.* 29.

30. Tùm deniq́; quia occupatio, tàm rerum quæ nullius sunt. *§. feræ igitur bestiæ. Inst. rer. diuis.* Quàm sedium hostilium de iure gentium approbatus acquirendi modus est, *d. c. ius gentium. gl. verb. sedium. distinct. 1. §. item quæ ex hostibus. Inst. rer. diuis. L. naturalem. §. fin. ff. acquir. rer. dom. L. 1. §. item in bello ff. acquir. poss.*

31. Nec obstat, quod in contrarium adducebatur: regnum à gente in gentem, transferri, propter iniusticias, iniurias & contumelias, *d. c. si de rebus. 23. q. 7.* Nam id quidem toto die fieri fatemur, non tamen hinc elici poterit, reges infideles regalibus priuandos. Quamobrem rectè dixisse Vasquium cēseo, textum præallegatum (cui tamen priorem opinionem tuentes, cum primis confidunt & si quæ præterea afferunt merè susurri sunt papicolarum) nihil ad Rhombum facere. *Vasq. ill. contr. c. 24. n. 5.*

Reten-

Retenta igitur posteriori opinione, quam omninò in iudicando, consulendoq́; sequendam iudicarim declaranda illa erit, vt procedat, quo ad illa regna, quæ semper, vel per tantam temporis metam, à barbaris fuêre possessa, vt de contrario non extet memoria: Secus verò erit, quo ad illa regna & territoria, quorum possessionem, veteribus colonis pulsis, bello adorti atque adepti sunt. Illorum enim quasi possessionem regaliorum habebunt, horum verò neutiquam, vti seipsum explicat. *Innoc. d. c. quod super. n. 7. x. vot.* 32.

17\. Secundò concludo: Regalia ciuitati, vel populo, certam ciuitatem habitanti concessa, vel præscriptione acquisita, si ciuitas ista, aratrum passa sit, perdi. Ciuitas enim aratrum passa, ciuitas esse desinit, & pro mortua iudicatur. *arg. L. si vsufr. ff. quemadm. vsusfr. amitt. L. in singulos. ibi gl. Br. n. 1. & dd. ff. ann. leg. Speculat. tt. instr. edit. §. nunc autem videndum. n. 10. Br. L. eius qui. §. Celsus. n. 4. ff. ad municip. Br. L. hæreditatum. in pr. n. 1. ibi Alex.*

de

de Imol. n. 8. ff. ad L. Falcid. Bl. auth. habita. n. 12. C. ne fil. pro pat. Bl. in 1. Const. ff. vet. §. hac autem. lect. 1. n. 13. Bl. tr. pac. Const. verb. imperialis clementia. n. 8. Bl. L. si grege. n. 1. ibi Ioh. de Imola. n. 2. ff. leg. 1. Mart. Laud. tr. principe. conclus. 102. Bertach. in repert. verb. ciuitas. vers. 3. Rayner. de forliu. L. omnes populi. n. 8. ff. iust. & iur. Gomez. var. resolut. lib. 3. c. 1. n. 53. Thom. Grammat. decis. 46. n. 10. Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. q. 16. n. 9.

Hæc conclusio ampliatur 18. primò: Vt procedat, etiam eo casu, quando ciues omnes, vrbe relicta aufugiunt, eamq; ciuibus vacuam relinquunt, Nam & tunc ciuiliter est mortua. *gl. d. L. si vsusfr. ff. quemadm. vsusfr. amitt. Br. d. L. eius qui. §. Celsus. n. 4. ff. ad municip. Br. dd. L. in singulos. n. 1. ff. ann. leg. Rayner. d. L. omnes populi. n. 8. ff. iust. & iur.*

19. Hoc ita, si ciues dispergantur & vagabundi, quiq; quo fata trahunt, sequantur: alio vtimur iure, si ciues, oppidum, quod prius inhabitârant, relinquentes, congregati tamen manentes, nouam sibi sedem eligant. Tunc enim regalia, omniaq; alia priuilegia retinent. *gl. d. L. si vsusfr. ff. quemadm. vsusfr. amitt. Innoc. c. abbate. in fine. x̃. verb. significat. Br. d. §. Celsus. n. 4. arg. L. hoc iure. §. si aquam. ff. aq. quot. & æst. c. quia diligentia. x̃. elect. L. quod in rerum. §. fin. ff. leg. 1.*

20. II. Ampliatur: Vt procedat, etiamsi ciuitas, vel oppidum, aratro subactum, denuò refectum sit, Nam nihilomagis regalia perdita, recuperat, nisi expressim ad ea, vel per principem restituatur, vel præscriptione in id definita, sibi reparet. *Bl. in sua Margar. verb. Ciuitas. Abb. c. abbate. n. 16. x̃. verb. signif. Bertach. in repert. verb. ciuitas. n. 60.*

n. 60. vers. 6. Affl. c. 1. §. & iterum. n. 18. de capitul. Corrad. per L. pater. §. Tusculanus. ff. leg. 3. L. inter stipulantem. §. sacram. vers. & nauis. ff. verb. obl. Licet contrarium teneat. *Sfort. Odd. tr. rest. in int. q. 68. n. 29. & 30.*

Limitatur autem hæc conclusio: Vt non procedat si qua vrbs, aratrum vi hostium passa sit, Tunc enim ei regalia, sarta tecta remanent. Quæ enim diximus, vera sunt, intercedente superioris autoritate, & condemnatione legitima. *Innocent. c. cum ex iniuncto. n. 2. per ill. text. ibi. Abb. n. 5. x̃. no. op. nunc. Bl. marg. d. verb. ciuitas. Felin. c. cum dilecta. n. 21. x̃. rescr. Ias. L. inter stipulantem. §. sacram. n. 30. ff. verb. obl. gl. c. priuilegium. de R. I. lib. 6. gl. c. statutum. verb. collegiatas de elect. lib. 6. arg. c. placuit de consecrat. distinct. 1.* 21

22. Tertiò concludo: Principes, reliquosq́ imperij status, per banni sententiam, ritè recteq́ latam, regalibus priuari. *Gail. in libris de pac. pub. per discursum. & inprimis lib. 2. c. 1. n. 21. & c. 9. n. 10. Zoamett. L. 2. n. 204. C. pact. int. emt. & vendit.*

23. Hæc conclusio ampliatur I: Vt procedat non tantùm in principibus, statibusq́ imperij sæcularibus, verumetiam quo ad principes, imperijq́ status ecclesiasticos, imperio immediatè subiectos. Namq́ & hi omnes, banni sententia, regalibus, quæ ab imperio tenent destituuntur, priuantur & spoliantur. *Gail. lib. 1. de pac. pub. c. 1. n. 13. & lib. 2. c. 4. n. 21.*

24. II. Hæc conclusio ampliatur: Vt procedat, etiam in proscriptionis sententia, ob contumaciam, Nam & ea quoque, ad regaliorum priuationem porrigitur. *Gail dd. lib. 2. de pac. pub. c. 5. n. 12.*

IV. Con-

IV. Concludo: Præscriptio- 25.
ne regaliorum, tempore ligitimè facta, à principe supremo, aduersus quem præscripta sunt regalia, minimè auferri, sed præscribenti quidem acquiri, ità tamen, vt maior eorum potestas, penes principem supremum remaneat. *Vt s. in fin. 1. Conclus. 5. capit. annotauimus.*

Quæ conclusio fallit: Si præ- 26.
scribatur, aduersus superioritatem (vt dicunt) principis, qua populus, vel præscribens alius, in naturalem, seu primæuam libertatem, collocatur. Is enim populus sibi ipsi caput est, nec quicquam cum principe commune habet. *Vti diximus in c. praced.*

V. Concludo: Principem, 27.
ius, iusticiamq́ue, vti decuerat, semper constanterq́ue, non administrando regalibus tamen ilicò exui ob id, non posse. *arg. §. 1. iun. ibi addit. vlt. ad gl. 1. & Syl. Aldobr. Inst. iust. & iur.*

28. Nec obstat supra in regaliorum diffinitione, causam finalem, vt ius, iusticiaq; subditis administraretur, regaliorum, à nobis recensitam. Vnde consequens erat principem iusticiæ gnauiter non inseruiendo, regalibus priuari posse, quandoquidem regula tristissima sit, lippis, etiam atque tonsoribus nota, causa finali cessante, effectui locum non esse. *L. 1. & L. dedi. in pr. ff. condict. ob caus. L. quod dictum. ff. pact. L. iura. §. si cum alio. ff. fideiuss. L. generaliter. C. episc. & cler. Alex. L. fin. n. 2. ibi Hubert. Zuchard. n. 11. C. ed. D. Hed. toll. Hipp. de Mars. Rubr. n. 262. ff. fideiuss. Ripa. L. 2. §. voluntatem. n. 21. ff. sol. matr. Ripa L. 1. n. 30. C. pact. Igneus auth. ex causa. n. 174. C. lib. præter. Ioh. Hanib. Rubr. n. 39. ff. sol. matr. Ludou. Burges. L. si se subyciant. n. 10. ff. iudic. Rubeus L. non solum. §. morte. n. 139. ff. op. no. nunc. Ioh. Hanib. L. naturaliter. n. 71. ff. vsucap.*

Neni-

Neuizan. Sylu. nupt. lib. 1. n. 205. Caball. tr. euict. §. 3. n. 87. Strach. tr. mercat. p. 2. n. 26. Plot. tr. de in lit. iur. §. 7. n. 2. Gail. obs. 85. n. 3. lib. 2.

Quia princeps nemo, adeò ma- 29.
lus esse potest, nisi planè Tyranni naturam induat, quin aliquando, & vt plurimum, iuris, iusticiæq; normam sequatur; æquitatisq; filum sectetur, vnde succedit, prædictæ regulæ limitatio, causa nimirum quàmuis cesset, effectum tamen haudquaquam detinere, donec reliquiæ aliquæ, causa finalis, perdurant, atque consistunt. *gl. c. decet verb. decet de R. I. lib. 6. Zuchard. d. L. fin. n. 22. C. ed. D. Hadr. toll. Tir. tr. cessant. caus. limit. 16. n. 1. arg. L. 1. & 2. ff. rer. amot. L. vnius. §. seruus. ff. quæst. & L. serucs. C. eod. tit.*

Hæc conclusio limitatur. I. 3
Vt non procedat, si principatus,

 in

In tyrannidem, mutatus esset, qua subditi, vt pecudes viuere cogerentur. *Vasq. post Isern. tr. ill. contrau. c. 1. n. 8. per L. 2. §. exactis, ff. orig. iur.* Quod si is princeps, qui iam in tyrannum euasit, inferior fuerit, & superiorem recognouerit, tunc per superiorem, sub comminatione regalibus illum priuatum iri, ni à tyrannicis præsumtionibus & vsurpationibus sibi temperârit, primò admoneri, siq; principis admonitioni aures obturauerit, regalibus iure priuari poterit. *Specul. tit. de denunciat. n. 13. Bl. c. 1. §. publici latrones. n. 2. per ill. text. ibi Aluarott. §. quicunq́. n. 1. Affl. n. 4. de pac. tenend. Bl. L. 2. §. dominorum. n. 2. per ill. text. ff. his qui sunt sui vel al. iur. Castr. in auth. qui rem. n. 3. ibi Ias. n. 5. C. sacros. eccles. Alex. L. diuortio. §. si fundum. n. 3. ibi Curt. in add. ff. sol. matrim. Dominic. de S. Gemin. c. ad apostolicæ. §. sed licet. n. 8. de sent. & re iud.*

lib.


lib. 6. Curt. tr. feud. 6. p. p. n. 2. Matth. de Affl. decis. 265. n. 72. ibi Thom. Gram. in addit. 1. Boër. decis. 55. n. 6. & decis. 304. n. 7. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 166. Gail lib. 1. de pac. pub. c. 2. n. 22.. Menoch. tr. remed. poss. recup. remed. 10. n. 86. arg. §. dominorum, Iust. his qui sunt sui vel al. iur. L. 1. §. dispiciamus. ff. eod. tit. L. 1. C. emend. seru. L. 3. C. locati.


II- Hæc conclusio limitatur: 31.
Vt non procedat, si princeps ignauia prorsus obtorpuerit, & commissi sibi imperiĳ res, in vtrãq; aurem securè dormiens, prorsus neglexerit. Talem enim regno, consequenterq; regalibus, iure carere, eiusq; imperium, aliĳ magis ad id idoneo, concedi posse, doctores nostri concludunt. *Paul. de Castr. repet. L. ex hoc iure. n. 18. ff. iust. & iur. Vasq. ill. cõtrou. c. 1. n. 8. & c. 5. n. 10. vbi Imol. Neuiz. Purpur. & Loaz. in id allegat per L. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; uniuers. nom.*

Exem-

32. Exemplo esse possunt, Vuenceslaus imperator, qui ab imperij septemuiris, Romano, Bopardiæ, imperio, est deturbatus, de quo præter alios. *Munster. in sua Cosmograph. lib. 3. in Cathalog. Germ. Imper. & ex nostratibus Minsing. cons. 19. n. 6.*

33. Item Childericus rex Gallorum, â Pipino, regno exutus, in monasterium detrusus, cuius vltrà pleraque historiarum monumenta, fit quoque mentio. *In scriptis illis titulo de postremis motibus Galliæ anno superiore diuulgatis.* Nunc §. venatio, tractare nobis, quod fæliciter cedat, erit propositi.





9. VENATIO.

1. *Partitio. 9. Venatio.*

VTi, dum Rubricam capituli nostri, auspicari exordiebamur, polliciti sumus, Rubricæ explicationi, de Venationibus doctrinam, connectere: Ita, id nobis reipsa explere, indiuiduæ trinitatis postulato suffragio, nunc cordi est. Conficietur autem idipsum, sequenti methodo. Videbimus enim.

1. *Venatio an sit regalibus connumeranda.*
2. *Quid sit Venatio.*
3. *Quotuplex.*
4. *Cui permissa.*
5. *Quando permissa.*
6. *Vbi venatum exercere liceat.*
7. *An si in Sylua mea, alius venandi ius habeat, possim arbores complures, simul & semel excindere?*
8. *Glandis legendæ ius, in Sylua, quæ Venationem debet, cuius*

sit,

sit, an eius, qui Venationis iura possidet, an domini cuius Sylua est propria.

CAPVT I.

Venatio an sit regalibus computanda.

1. *Verba legis vbi deficiunt, ipsa quoque deficit dispositio.*
2. *Casus omissus in dispositione iuris communis remanet.*
3. *Lex quæ non dicit, nec nobis dicenda.*
4. *Ea, quæ notabiliter fieri debent, nisi expressè ponuntur, consultò quasi omissa videntur.*
5. *Si id, quod minùs videtur inesse, inest, multò magis id quod magis est, inerit.*
6. *Expressum non id tantum dicitur, quod verbis expressum est, sed & id, quod ex mente legis seu verborum eiusdem infertur, atque colligitur.*
7. *Lex maius dubium decidens, minus*

nus dubium decisum velle, ambigi non oportet.

8. *Opinio, quam adiuuat consuetudo, reliquis omnibus præferenda.*

Subsistendum ideò videbatur, quorsum referenda esset Venatio, qui Imperator in textu nostro, omnes regaliorum species, enumerare sibi proponens, nullam tamen Venationis mentionem facit. Vnde consequens erat, Venationes, regaliorum albo, haud insculpendas, cum iuris clari sit: Tùm: quod, vbi deficiunt legis verba, ipsa quoque deficiat dispositio. *L. quod constitutum. ff. test. milit. L. ita autem. in pr. ff. admin. tut. L. 4. §. toties. ff. dam. inf. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elect. lib. 6. Bl. L. illam. n. 1. C. collat. Angel. L. qui se patris. n. 139. C. vn. lib. Hipp. de Mars. L. qui falsam. n. 66. ff. ad L. Corn. de fals. Crott. L. 1. §. si quis simpliciter. n. 16. ff. verb. obl. Cæsar. Contard.* 1.

M

tard. L. diffamari c. 4. n. 152. C. int gen. manum. Zoanett. L. 2. n. 94. C. pact. int. emt. & Vendit. Thom. Ferrat. caut. 9. n. 4. Tiraq. vt. retr. p. 1. §. 2. gl. 1. n. 15. Tiraq. rep. L. si vnquàm. verbo libertus. n. 2. C. reuoc. dos nat. vbi complurimos alios in id congessit Borg. Caualc. tr. tut. & curat. n. 98. Menoch. tr. remed. poss. adip. remed. 4. n. 133. Gail lib. 1. de pac. pub. c. 13. n. 17. & lib. de pignorat. c. 14. n. 10.

2. Tùm: quod casus omissus, in dispositione iuris communis remanere debeat. *L. si extraneus. ibi Br. n. 1. Raph. Fulg. in pr. Ias. n. 1. & dd. ff. cond. caus. dat. caus. non sec. L. Si cum dotem. in pr. ff. sol. mat. L. commodissimè. ibi Br. in pr. Alex. n. 2. Ias. n. 1. & dd. ff. lib. & posthum. c. susceptum. de rescr. lib. 6. Ferrat. caut. 24. n. 2. Dil. tr. ar. test. tit. 5. caut. 5. n. 1. & caut. 25. n. 1. Affl. decis. 238. n. 1. Boër. in consuet. Bitur. ti. præscript. §. 6. gl. 2. ibi apost. Curt. tr. feud.*

feud. 2. p. 3. p. p. n. 54. Euerard. in top. in L. ab aequipoll. n. 13. Peckius tr. testam. coniug. lib. 4. c. 37. n. 1. & lib. 5. c. 1. ante. n. 1. c. 2. n. 2. & c. 20. n. 1. Mantic. tr. coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. sub. n. 5. Tiraq. tr. iur. primig. q. 40. n. 194. Borg. Canale. tr. tut. & curat. n. 82. Hartmann. Pistor. q. 3. n. 22. lib. 1. Rayner. de Forliu. L. omnes populi. n. 104. ff. iust. & iur. Ioh. Hanibal L. naturaliter. n. 286. ff. vsucap. Sapia. L. 1. n. 61. ff. off. eius cui mand. est iurisd. Hanib. L. nemo potest. n. 254. ff. leg. 1. Crotti rub. n. 36. ff. acquir. poss. Neuizan. Syl. nupt. lib. 1. n. 208. ad fin. Seraphin. de Seraphin. tr. priuil. iuram. priuil. 73. n. 31. Hippolyt. de Mars. cons. 13. n. 14. cons. 30. n. 1. cons. 61. n. 2. cons. 101. n. 6.

Tum: quod ea, quæ lex non dicit, nec nobis quoque dicenda sint. *L. illam. §. de collatione. ibi Cyn. post pr. Br. n. 1. Salyc. n. 1. Alex. n. 1. Ias. n. 6. Dec. n. 5. & dd. C. col-* 3.

lat. L. fin. C. vn. vi. c. consuluisti 2. q. 5. c. inter corporalia. §. sed nèque. x̃. translat. episc. c. illa. x̃. ne sed. vac. c. is qui. de sent. excomm. lib. 6. Bl. tr. schismat. in pr. n. 3. Cæsar Contard. L. vn. notab. 1. n. 5. C. si de moment. poss. fuer. appell. Neuiz. Syl. nupt. lib. 1. n. 223. Hipp. de Mars. cons. 53. n. 33. Rol. à valle cons. 45. n. 38. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 1. n. 149. & cons. 62. n. 78. vol. 3.

4. Tùm: quod ea, quæ notabiliter fieri debent, nisi expressè ponantur, consultò quasi omissa, neglectaq; videantur. *gl. auth. qua in prouincia. verb. excipitur. C. vbi de crim. agi oport. Tiraq. LL. connub. gl. 7. n. 98. Pinelus L. 2. p. 1. c. 1. n. 3. C. resc. vendit. text. L. item apud Labeonem. ff. iniur. cum alijs doctorum autoritatibus superius allegatis.*

5. Sed his, nil quicquam obstantibus, in contrariam eundum est sententiam. Textus enim noster

ſter hîc, expreſsè piſcationum meminit, & inter regalia recenſet. Iam verò nemo tantoperè rerum omnium ignarus eſt, qui Venationem ferarum, nobiliorem, præſtantioremq́ue, piſcium piſcationi eſſe, inficias ibit: Conſequitur ergo, Venationem ius regale eſſe, textu noſtro, ſatis concinnè decidi poſſe. Sî enim, quod minùs videtur ineſſe, ineſt, multô magis & id, quod magis, inerit. *L. fin. ibi gl. verb. ſeptuagenario. C. qui æt. lib. 10. L. 3. C. condict. indeb. L. ſi quando. C. teſtib. L. ſi non ſinguli. C. ſi cer. pet. auth. multò magis. C. ſacros eccles. L. 1. §. ſed conſulto. ff. his quæ in teſt. delent. L. qui pignoris. ibi Ioh. de Imola. n. 1. ff. acquir. poſſ. L. 2. §. quædam. ibi gl. verb. vt non ſit. ff. interd. L. penult. ff. ſi quis caut. L. ſi adulterium cum incæſtu. §. liberto. ff. ad L. Iul. de adult. §. filius familiâs. vers. quis enim ibi. Bl. n. 2. Inst. quib. mod. ius. pat. pot. ſol. c. quæſta. 13. q. 2. c. cum in*

 cunctis

cunctis. in pr. ibi Abb. n. 5. & dd. x̃. elect. c. inter corporalia. in pr. ibi Ant. de But. notab. 4. x̃. translat. episc. c. quemadmodum. vers. alioqui. x̃. ius reiur. Abb. c. Venerablem. n. 6. per ill. text. x̃. qui fil. sint legit. Ias. L. quæ de legato. n. 4. ff. leg. 1. Ias. L. si quando. §. & generaliter in fine. C. inoff. testam. Neuiz. Syl. nupt. lib. 1. n. 223. vers. à maiori.

6. Nec obstant, in contrarium adductæ rationes, quia casum Venationis, satis in textu nostro exprimi, expresseq́ue poni palàm est. Tùm: quia expressum in lege, non id tantum, quod verbis expressum est: Verumetiam quod ex mente legis, seu verbis ipsius, infertur, atque colligitur, dicitur. *Br. L. prætor ait. in pr. n. 1. ibi Ioh. de Imola. n. 2. Alex. n. 1. Raph. Cuman. n. 5. Ias. n. 3. cum seqq. per ill. text. ff. op. no. nunc. Bl. L. ad probationem lect. 1. n. 3. C. probat. Bl. L. fin. n. 10.*

C. his

C. his qui ant. ap. tab. Tiraq. LL. connub. gl. 7. n. 85. Aym. Crau. tr. ant. temp. p. 1. §. ampliatur. n. 38. Borg. Caualc. tr. tut. & cur. n. 84. quam esse communem opinionem post Baptist. à Villalob. attestatur Eman. Soarez. in suis com. opin. lit. E. n. 133. Marius Salomon. L. Gallus in pr. vers. mihi noua. n. 22. ff. lib. & posth. Lancell. Galiaula L. centurio. n. 401. ff. vulg. & pupill. Fr. Niconitius Rubr. n. 52. C. edend. Crauell. L. cum filio. n. 7. & 9. ff. leg. 1. Tiber. Dec. cons. 34. n. 98. & 101. vol. 3. Cephal. cons. 342. n. 84. cons. 303. n. 47. vol. 3. per L. 1. §. sin autem. ibi Br. & L. quoties. §. 1. ff. hered. inst.

Tùm: quia lex, maiùs du- 7.
bium (de piscatione puta) decidens, quod minùs dubium est, decisum velle, ambigendum non est. *Hieron. Laurentius L. in fidei commissariam. n. 59. ff. ad Trebell. per trad. Br. L. nec in ea. n. 2. ff. ad L.*

Iul. de adult. iun. L. non debet. ff. Reg. iur.

8. Quod si ex textu nostro, Venationem inter regalia referri, elici non potuisset: dicendum, quandoquidem consuetudo totius Germaniæ, hoc strictè obseruat, nihilò minus fuisset idipsum. Iuris enim indubitati est, opinionem, quæ consuetudinem receptam, approbatamq; habet sociam, reliquis omnibus missis, sequendam, sectandamq; esse. *Bertach. in repert. verb. opinio. versic. 8. Ias. L. post dotem. n. 100. ff. sol. matrim. Alc. tr. præsumt. 30. n. 3. post Mathesilan. quem allegat. Octauius Simoncellus tr. decret. tit. 1. n. 68. vbi Dec. Roch. Curt. & Corac. idem tradentes refert & esse communem opinionem attestatur Eman. Soarez. in suis com. opin. lit. O. n. 17. Abb. cons. 26. n. 5. lib. 2. Alex. cons. 19. n. 13. vol. 7. Tiber. Decian. cons. 44. n. 9. cons. 46. n. 130. & 133. & cons. 52. n. 1. vol. 2. per*

per L. cum de interpretatione. ff. LL. c. cum dilectus. x̃. consuetud.

CAPVT II.

Quid sit Venatio:

1. Diffinitio Venationis.
2. Venatio ius est reale, secundum aliquos, quorum opinio notatur.
3. Personalia, cum Persona extinguuntur.
4. Venatio, à re Personæ debetur. Ius reale, seu prædiale est, quod à re rei, pro vsu, vtilitateq́, vicini prædij debetur.
5. Fundi appellatione, totus etiam populus continetur.
6. Ius prædiale seu reale, consistere non potest, nisi in duobus prædijs, quorum alterum dominans, alterum seruiens erit, & confusione horum, extinguitur.
7. Actio & passio, in vno eodemque subiecto minimè insunt simul, & vno respectu.

8. Res sua nemini seruit.

9. Venatio est fructus iurisdictionis secundum Zoanettum, qui similiter redarguitur.

10. Princeps, arcem suam, mercatori, vel alij cuipiam, vendens, ratione arcis venditæ, minimè venandi ius, in eum transfert.

Effectus absq; causa esse nequit, ibid.

11. Venatio in generali concessione vel alienatione non comprehenditur, cum sit ius regale, sed specialiter concedatur oportet.

12. Venatio est ius personale, mœrè & simpliciter.

13. Venatio, cum persona ciuiusq;, qui venandi ius habet extinguitur, sed hæredi defuncti, noua inuestitura redintegratur, illiq; nouum venandi ius acquiritur.

Vsusfr. pro se, & hæredibus constitui potest, qui nouus in persona hæredis exoritur ibid.

14. Bestiæ appellatione, nisi aliud, communi

communni loquendi vsu, introdu-
ctum sit, feræ tantùm animalia
veniunt.

15. Aduocatus non opus habuisset, falsis allegationibus vti, ad probandum id, quod asinus bestia non sit, de quo aduocato habetur apud Mathesilan.

16. Res nullius cedunt occupanti.

17. Bestiæ in sylua principis eius non sunt, sed tum demùm, cum capiuntur eius fiunt.

18. Feræ, viuarijs inclusæ, vti aues in cauea, pisces in piscina, sunt includentis, & capientis non fiunt.

19. Feræ, prius viuarijs inclusæ, inde elapsæ, pristinæq; laxitati restitutæ, cedunt occupanti.

20. Ceruus cicuratus, qui in pascua ire redireq; solet, quam diu reuertendi animum retinet, occupanti non cedit.

21. Capricorni in Valesia cicurantur, vt domo exire, redireq; soleant.

Syluia

22. Syluia apud Virg. iustam quiritandi causam habuit, ceruo eius domato, ab Ascanio sagitta confixo.

23. Ceruum cicuratum vel aliud animal capiens, furtum committit.

24. Bestia cicurata, animum reuertendi deposuisse tunc iudicatur, cum viso domino, aut familiaribus eiusdem, quibus assuescerat, eos fugit, vel quæ diu in Syluis, non tamen aberrans, hæsit.

25. Bestia, an pristinæ sese laxitati receperit nec ne, iudicis erit arbitrium.

26. Bestia à Titio vulnerata, à Sempronio vero capta, fit Semproniȷ.

27. Intellectus ad gl. L. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. dom.

28. Venatori, qui bestiam vulnerat uerat, quàm diu eam persequitur, ea eripi iure non potest.

29. Idem quoque iuris est, Si canes eiusdem, bestiam vulneratam insectentur.

Bestia,

30. *Bestia, in rete, vel laqueari alicuius capta, ei cedit, qui è casse, vel laqueari dissoluit.*

31. *Lepus vel cuniculus ædes alicuius ingressus, si dum dominus ædium eos includere cupit, elabuntur, & à tertio includuntur, fiunt includentis.*

32. *Animal meum, à lupis raptum, atque tuis canibus, lupo abactum, tuum non fit, sed mihi restituendum est.*

33. *Bestiam alicuius esse, apparet ex signis.*

34. *Ceruus monili, falco sonaleis argenteis ornati, occupari non debent, sed si caperentur, & penes capientem morerentur, capiens in factum actione teneretur.*

35. *Ceruus monili ornatus, pristinæ laxitati sese recepisse videtur, si ex annorum numero, monili insculpto, appareat, multum iam effluxisse temporis, cum torques collo, alligaretur atque tunc capi-*

enti

enti ceruus cedet.

36. Bestia vt ex signis, alicuius esse, æstimari possit, oportet signa non esse naturalia, sed talia, quæ hominis manum, atque operam deposcant.

37. Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

38. Principes multum delectantur Venatu.

39. Alexander Magnus insignis Venator.

40. Heroës alij Venatores.

41. Alberti Imperatoris apophthegma.

42. Henricus I. Imperator, aucupis cognomen ex Venationis studio inuenit.

43. Maximilianus I. Imperator, aliquoties, dum Veneratur, in vitæ discrimen adductus.

44. Venatio immodica non laudatur.

45. Commodum pecuniarum, proprium rusticorum & mercatorum, princi-

principibus autem & nobilibus res indignissima.

46. *Venatio, typus veræ militiæ, & rerum bellicarum.*

47. *Pelopidas ex Venatione, rerum bellicarum administrationem excogitauit.*

48. *Venatio animum acuit, corpusq; robustius efformat.*

Circa secundum caput concludo: Venationem esse ius personale, hodiè solis principibus & nobilibus concessum, quo bestias quæ in dominio nullius sunt, cum canibus vel absq; canibus, in fundo proprio, vel alieno, delectationis, vel commodi gratia, persequi, & capere licet. 1.

Genus huius diffinitionis, ius personale est, de quo genere, maxima inter nostrates est controuersia. Alij enim Venationem, ad seruitutum realium speciem, crinibus quasi trahere conantur, 2.

ante-

antesignano. *Zasio singul. intell. lib. 1. c. 11. per tot. Zasio in. §. æquè. n. 24. Inst. action. Zasio cons. 6. col. fin. lib. 2. quem sequitur Gail lib. de pignorat. obseruat. vlt. n. 7.* Pro qua opinione iudicatum, in Camera imperiali attestatur idem. *Gail obs. 66. n. 2. lib. 2.*

Eo innixi fundamento: quod
3. Venatio ad hæredes transmittitur, quæ tamen, si personale esset ius, seu seruitus, vnà cum persona extingueretur. *L. vsus aquæ. ff. vsu & hab. L. Lucius. ff. seruit. rustic. præd. L. sicut in annos. §. morte L. si vsusfr. ciuitati. ff. quib. mod. vsusfr. amit. L. cum in fundo. in pr. ff. iur. dot. L. in omnibus causis id obseruatur. & L. priuilegia. ff. R. I. L. Stychus. §. Titia. ff. alim. leg. L. non solum la. 2. §. tale. ff. liber. leg. §. finitur. ibi Bl. n. 1. Inst. vsusfr. c. priuilegium de R. I. lib. 6. gl. L. si quis binas. ff. vsusfr. gl. L. 1. ff. seruit. Br. L. Sempronius. n. 1. ff. vsufr. leg. Bl. L. vn. §. exceptio. n. 2. C.*

ead.

ead. toll. Ias. §. aquè. n. 9. Inst. act. Capoll. tr. seruit. vrb. prædior. c. 3. n. 1. Bl. caut. 8. Dil. tr. ar. test. tit. 6. caut. 43. n. 1. & caut. 57. n. 3. Marian. Soc. L. 4. §. Cato. n. 153. ff. verb. obl. Bertach. in repert. verb. seruitus perditur. vers. 4. Gomez. var. resolut. lib. 2. c. 15. n. 19. Menoch. tr. remed. poss. retin. remed. 6. n. 26. Borgn. Canalc. tr. vsufr. mul. rel. n. 81.

Sed hoc fundamentum, ea facilè euertitur ratione, si considerauerimus: Venationem non à re rei, sed personæ, illi etiam, quæ in vicinia, prædium nullum possidet, deberi. Igitur ius reale, seu prædiale minimè erit. Cum ius reale, seu prædiale, illud sit, quod à re, rei, pro vsu, vtilitateq; vicini prædij debetur. *L. quoties la. 1. in pr. ff. seruit. L. ergò. §. nec haustum. ff. ser. rust. præd. L. 1. ibi gl. verb. non possunt. & Br. ff. comm. præd. L. qui aliena. §. fin. ibi Br. n. 1. ff. neg. gest. §. ideo autem. Inst. seruit. L. vnus ex socijs. ff.* 4.

N *seruit.*

seruit. rustic. præd. Azo. in sum. versic. & est hoc generale. C. seruit. Br. L. 1. n. 2. ff. eod. Br. L. vt Pomum. ibi Castr. n. 1. 2. & 3. Fulgos. n. 1. ff. eod. tit. Bl. L. ergo. §. Neratius. n. 1. 2. & 3. ff. seruit. rustic. præd. Bl. L. qui filios. n. 3. C. quæ res pig. obl. poss. Castr. L. 2. n. 3. ff. si ser. vend. Castr. rub. n. 1. ibi Fulg. n. 4. ff. seruit. Castr. L. si ædes. §. libertas. n. 2. ff. ser. vrb. præd. Raphaël. Fulg. L. pecoris pascendi. n. 2. ff. seruit. rust. præd. Ang. Aret. §. inter rusticorum. n. 2. Inst. seruit. Cæpoll. tr. seruit. vrb. præd. c. 2. in pr. Ias. L. si domus. §. si fundus. n. 22. ff. leg. 1. Ias. L. huiusmodi. §. ædes. n. 2. ff. eod. tit. Ias. L. si prius. n. 11. ff. op. no. nunc. Boër. decis. 212. n. 22. Menoch. tr. remed. poss. ret. remed. 6. n. 28.

5. Quod obstaculum, multum sibi obuersari Zasius cernens, confitendo remotum iri arbitratur, dicit enim Venationem omni-

omnimodo à re rei deberi, puta ex hoc nemore, ſylua, arbuſto, ſalyceto &c. Vicinæ villæ, ciuitati, monaſterio, nobilium familiæ &c. Imo fundi vocabulo, totos populos, ex Cicerone pro M. Marcello (quod tamen Cicero ibi, parcant mihi ampliſsimi viri manes, minime dixit, ſed pro L. Cornelio Balbo, fundi Vocabulo, in ea ſignificatione, aliquoties vſus eſt) contineri, affert. *Zaſius in locis ſuperius alleg.* Sed Zaſius dum elabi nititur, in priſtinum Labyrinthum incidit, nec quicquam ad contrarĳ reſolutionem, rationes adductæ conducunt. Quod enim dicitur, ius Venationis, ex hoc nemore, villæ vicinæ deberi, non de villa ipſa; quid enim ad Venatum ineptius? Sed de hominibus villæ habitatoribus intelligitur. Si igitur hominibus, & ſic perſonæ debetur, quî ius reale, ſeu prædiale eſſe poterit?

6. Accedat quoque contra Zasium & asseclas Venationem plerumque illi deberi, cuius est territorium. Ergo ius prædiale non erit. Ius enim prædiale, duo requirit prædia, alterum dominans, alterum seruiens, & per acquisitionem amborum prædiorum (quam confusionem nostri appellitant) extinguitur, adeò quidem, vt interitu alterutrius prædij, semel extinctum, minimè reuiuiscat, sed in perpetuũ extinctum remaneat. *L. si quis ædes. ibi Br. Florian. Castr. n. 2. & dd. ff. ser. vrb. præd. L. si communi. ibi Br. ff. ser. rust. præd. L. Papinianus. ff. seruit. L. pluribus. §. 1. ff. verb. oblig. Bertach. in repert. verb. seruitus perditur. n. 20. vers. vlt. & n. 30. vers. 30. Cæp. tr. seruit.*

7. *vrb. præd. c. 24. n. 2.*

Actio enim & passio, vni eidemque subiecto, inesse minimè possunt. *L. Vranius. versic. sed cum duo. ff. fideiuss. L. si hominem. §. qui debitorem. ff. solut. L. debitor. ff. separat. L. si*

si vxor tua. ibi Bl. n. 1. C. bon. aut. iud. poss. L. si quis pro eo. §. 1. ff. fideiuss. gl. magna. L. frater à fratre. ff. condict. indeb. Ias. L. debitori. n. 4. ibi Curt. n. 2. C. pact. Ias. L. huiusmodi. §. ædes. n. 2. ff. leg. 1. Iohann. de Arnon. caut. 70. Ias. L. cum filiofam. n. 16. ff. leg. 1. And. ab Exea tr. pact. n. 365. Bertach. in repert. verb. actio el. 1. n. 7. vers. 8. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 3. n. 3. Ripa resp. 86. n. 5. Schurpff. int. cons. Bruni cons. 141. n. 8. Tib. Decian. cons. 36. n. 38. vol. 1. cons. 45. n. 16. cons. 106. n. 3. vol. 2.

Nec res propria alicuius illi 8.
seruire potest. *L. vti frui. ff. si vsusfr. pet. L. in re communi. ibi Castr. n. 5. ff. ser. vrb. præd. L. proprium. & L. quicquid. ff. comm. præd. L. cum in fundo. ff. iur. dot. gl. inst. vsusfr. in pr. verb. alienis. Ias. d. L. huiusmodi. §. ædes. n. 2. ff. leg. 1. Cæp. tr. seruit. vrb. præd. c. 24. n. 1. Affl. decis. 361. n. 25. Ludouic. Bologn. L. qui viam. n. 49. ff. op. no. nunc. Molinæus in consuet.*

Paris. tit. 2. §. 55. gl. 3. n. 3. Ronchegall. L. si id quod. n. 5. ff. duob. reis. Menoch. tr. remed. poss. retin. remed. 6. n. 6.

Alij deinde mediam quasi vi-
9. am eligentes, venationem, seruitutem realem esse, negârunt, sed nec simpliciter, ius personale esse voluerunt. Quapropter ius, seu fructum iurisdictionis censuerunt. Quæ est opinio *Zoanetti L. 2. n. 204. C. pact. int. emt. & vendit.*

Idq; ab effectu demonstrare nititur; multis Germaniæ nobili-
10. bus, post bellum protestantium, Anno Christi 1547. aut sopitum aut confectum, iurisdictionem inquit, ob crimen lœsæ maiestatis, ereptam esse, quos postea restitutos simpliciter, priùs tamen venandi ius non recuperâsse, quàm iurisdictionem receperint. Item principem, vendendo arcem, quam prius inhabitârat, cuipiam mercatori, aliumq; locum, abiectum licet, vt domicilium, constituendo, nullo modo tamen,

tamen, ius venandi, in mercatorem emtorem, transtulisse. Rationem existimat, acutissimus Zoanettus eam, quod iurisdictio penes principem remanserit, vnde mercatori, emtori, venationem competere non posse infert, siquidem effectus absque causa esse nequeat. *Marius Salomonius L. Gallus. §. quid si is. n. 23. ff. lib. & posth. arg. L. penult. ff. quae res pig. obl. poss. L. huiusmodi. ff quand. dies leg. ced.*

Ast, labitur doctissimus Zoanettus, non causam enim, vt causam ponit. Etenim quod proscriptus ab imperio, deinde bannitorum albo exemtus, atque principe in gratiam simpliciter receptus, Venatione non fruatur, item quod mercator, à principe emens arcem, Venatum non adipiscatur, non ea ratio causaque est, quod Venatio fructus sit, emolumentumque iurisdictionis, sed quòd Venatio, ius personale regaliorum sit, II.

quod absq; speciali, & nomine facta concessione, siue absq; noua inuestitura, non conceditur. *Vt s. circa Rub. c. 5. abundantissimè ostendimus.*

12. Ego itaq;, apprimè consideratis rationibus pro vtraq; opinione militantibus, Venationem simpliciter, ius personale esse, definiendam statui. Nec obstat, quòd ad hæredes sit transitoria, cum tamen ius personale cum persona dispareat, atque euanescat:

13. Nam & Venationem, cum qualibet persona, quæ ius Venationis habet, extingui dico, sed deinde per nouam inuestituram, in cuiusq; hæredis persona redintegrari affirmo. Exemplo eius, quòd de vsufructu pro se, hæredeq; suo stipulato, iure cautum est, valere nempè stipulationem: Sed nouum in persona hæredis vsumfructum, iure quo vtimur oriri. *L. stipulatio ista. §. si quis ita, ibi Br. n. 1. & 3. Castr. n. 1. Fulg.*

Fulg. n. 2. Ioh. de Imola. n. 16. Alex. n. 1. & 5. Ias. n. 3. & dd. verb. obl. Paul. de Cast. L. ambiguitates. n. 3. C. vsufr. Fortun. Garc. L. Gallus. §. quidam rectè. n. 64. ibi Anton. Rub. n. 133. ff. lib. & posth. Dil. tr. ar. test. tit. 6. caut. 57. n. 4.

Dico bestias: Bestiæ enim 14. appellatione propriè & nisi communi loquendi vsu aliud introductum sit, fera tantum animalia continentur. *L. 1. §. bestias. ibi Br. in. §. remouet. n. 1. ff. postul. Bertach. in repert. verb. bestia. Ias. L. 3. §. Nerua. n. 10. ff. acquir. poss. Caccialup. L. omnes populi. n. 243. ff. iust. & iur. Ferrat. caut. 52. n. 3. Ioseph. Mascard. tr. probat. conclus. 190. n. 2.*

Vnde opus non fuisset aduo- 15. cato, Rubricam (quæ non habetur) *C. asin. pro best. non hab. lib 12.* Montono iudici allegare, falsisq; allegationibus vti. *de quo aduocat. Mathes. sing. 96. & aliĳ passim.*

16. Dico: quæ in dominio nullius sunt: illæ enim tantum bestiæ, volucres, piscesq; maris, quæ antea nullius sunt, capientis fiunt: diuersum est, si dominum habeant. *§. fera igitur bestia. ibi Bl. n. 1. Ang. n. 1. Ioh. de Plat. n. 15. Porc. n. 3. & dd. Inst. rer. diuis. L. 1. in fine. cum 2. LL. seqq. ff. acquir. rer. dom. L. 1. in pr. ibi Ias. n. 7. ff. acquir. poss. L. vsufrctuarium. ff. vsufr. Azo. in summa Inst. rer. diuis. Luc. de Penna L. fin. q. 23. C. de quib. mun. nem. lic. se excus. lib. 10. Isern. c. 1. §. nemo retia. n. 31. de pac. ten. Fortun. Garcia L. 1. §. ius naturale. n. 29. ff. iust. & iur. Anton. Rubeus L. naturaliter. §. nihil commune. n. 19. ff. acquir. poss. Chassan. consuet. Burg. Rub. 13. §. 1. n. 1. vers. & primò gl. Latina art. 61.* Landtrecht *lib. 2. Rol. à valle. cons. 9. n. 22. vol. 2.*

17. Nec obstat: quod bestiæ, plerumq; à principibus & nobilibus, in syluis, nemoribusq; proprijs, capiantur.

antur. Non minus enim in dominio nullius ſunt, & ab hora captiuitatis demum, in dominio principis capientis eſſe cenſentur. *Ias. L. 3. §. Nerua. n. 12. per ill. text. ff. acquir. poſs. Cuiac. obs. lib. 4. c. 2. text. d. L. vſufructuarium. ff. vſufr.*

Ex prædictis verbis, taliter 18.
declaratis, infertur primò: Feras in Viuarijs, aues in ornithone, piſces in piſcina, captos, capientium non fieri, quia in dominio alicuius ſunt. *gl. German. vlt. art. 62.* Landtrecht *lib. 2. Boër. in conſuet. Bitur. tt. conſuet. pred. §. 5. Pirrh. in conſuet. Aurelian. tit. de ſtagnis c. 1. Cuiac. d. lib. 4. obſeruat. c. 2. d. L. vſufructuarium. §. ſi in viuarijs. ff. vſufr. L. 3. §. item feras. ff. acquir. poſs.*

II. Inde infertur: animalia 19.
prius viuarijs incluſa, ſi inde elapſa fuerint, quandoquidem priſtinæ laxitati reſtituta ſunt, capienti

enti cedere. *d. L. vsufructuarium. §. si in Viuarijs. ff. vsufr. d. §. feræ. vers. quicquid. L. 3. ff. acquir. rer. dom. Hostiens. in summa. n. 4. x̃. rest. spoliat. Castr. L. 3. §. feras. n. 1. ff. acquir. poss. Chassan. d. rub. 13. §. 1. n. 1. Vasq. in præfat. ill. controu. n. 25. Col. eius num. 4.*

20. III. Consequitur: Ceruum cicuratum, vel similem feram, quæ in Syluam ire, redireq́ue assueuit, quamuis fera bestia sit, occupantis tamen non fieri, nisi prius reuertendi morem deposuerit. *§. ceruos. ibi dd. Inst. rer. diuis. L. naturalem. §. ceruos. ff. acquir. rer. dom. L. 3. §. item feras. ff. acquir. poss. Bl. §. pauonum. n. 1. Inst. rer. diuis. Mascard. tr. probat. conclus. 157. n. 2. Host. in summa. n. 4. x̃. caus. possess.*

21. Et adhuc capricornos in Valesia, primæ ætatis captos, ab habitantibus cicurari, vt ex consuetudine, pastum ire redireq́ue soleant, autor

tor est *Munst. in sua cosmograph. folio mihi 349.*

Proindeq; liquet, iustam quiritandi, rogitandiq́; causam, apud *Virg. lib. 7. Aeneid.* habuisse Syluiam, quod ceruus eius, qui animum remeandi non deposuerat, ab Ascanio sagitta, confixus esset. *quod ex nostris refert Mascard. d. conclus. 157. n. 8.* 22.

Cæterum eiusmodi animalia capiens, nisi animus reuertendi abiecerint, furtum committit. *L. si Pauonem. ff. furt. Guido papa decis. 218. n. 1. ibi Steph. Ranch. in addit.* 23.

Pristinam autem libertatem animalia cicurata recepisse, tunc videntur, cum visis, domini cuius erant, domesticis, fugerint, vel diu in syluis, latebrisq́;, non tamen aberrantia, hæserint. *Iohan. Fab. vers. reuertendi. n. 1. Inst. rer. diuis. Ang. §. Pauonum. n. 4. Inst. eod. tit. arg. L. 2. §. si tamen. ff. ad. ed.* 24.

Vel

25. Vel quod verius, iudicis, id definiendum, relinquitur arbitrio, vt rectius censet. *Aldobr. d. vers. quicquid. Inst. rer. diuis.*

26. IV. Hinc quoque deciditur: cum fera, globulo tormentario icta, vel ense, vel venabulo vulnerata, adhuc vulnerantis non sit, rectè tertij, qui cæperit, eam fieri. *§. illud. ibi Bl. n. 1. Ioh. de Plat. n. 29. & Ang. Inst. rer. diuis. L. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin. Aluar. c. 1. §. nemo retia. n. 2. de pac. iur. fir. Cap. tr. seruit. rust. præd. c. 21. n. 5.* Licet contrarium de consuetudine obseruari attestatur. *gl. d. L. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin.*

27. Sed gl. ista, nihil nos remoratur, quoniam de consuetudine, quadam locali, intelligenda videtur.

28. Verùm præcedentia ita demùm vera erunt, si venator, qui vulne-

vulnerauerat beſtiam, vulneratam non perſequatur. Quandiu enim eam perſequitur, è manibus perſequentis, iure non eripitur. *d. §. illud & d. L. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. domin.*

Idem quoque erit, ſi canes 29.
Venatoris, qui Venabulo, vel mucrone beſtiam perſtrinxerat, eam indagarentur, proinde enim erit, ac ſi ipſe Venator, prædam ſectaretur. *Chaſſan. in conſuet. Burg. Rub. 13. §. 7. gl. 1. n. 9. arg. c. qui facit. de R. I. lib. 6.*

V. Hinc quoque patet, quid 30.
dicendum ſit eo caſu, quando fera laqueari alicuius illaqueata, vel quæ in foueam à certo homine effoſsam inciderat, ab aliquo prætereunte, enodetur & auferatur. Diſſoluentis enim & auferentis, eò quia in nullius bonis eſt, erit. *L. in laqueum. ibi gl. verb. meum. & Br. in pr. ff. acquir. rer. domin. Paul. de Caſtr. L. 1. in pr. n. 18. ff. acquir. poſſ. Ioh.*

de

de plat. d. §. illud. n. 29. Inst. rer. diuis. Aluar. d. c. 1. §. nemo retia. n. 2. de pec. tenend. Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum venationibus. n. 5. Capoll. tr. seruit. rustic. prad. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 7. gl. 1. n. 9.

31. VI. In tali quoque facti contingentia, quid iuris sit hinc facilè enucleabitur: nempe, si lepus vel cuniculus ædes alicuius, casu intrârit, cui, dum includere, concupierat elabitur, & ab alio capitur. Fieri nimirum eum, quoniam apprehensione opus est, capientis, non verò eius, qui includere concupiuerat, vt rectè resoluit *Raphaël Cumanus L. 3. §. Nerua. n. 3. ff. acquir. poss. per L. 1. in pr. ff. eod. tit.*

32. Postremò: ambigi non oportet, animal meum, quod à lupo rapitur, cui canibus tuis robustis persequendo, prædam extorques, tuum non fieri, sed mihi restituendum

dum esse, in cuius puta dominio remanserit. *L. Pomponius. ff. acquir. rer. dom. Iacob. de S. Georg. d. verb. & cum Venationibus. n. 6. Aluar. d. §. nemo retia. n. 2. Capoll. d. c. 21. n. 6. Bertach. in repert. verb. animal.*

Cæterùm bestiam alicuius esse, ex signis apparebit. *Br. L. stigmata. n. 1. per ill. text. ibi Luc. de Penna. verb. agnosci. C. Fabricens. lib. 11. Bl. c. causam. n. 2. x̃. probat. Bertach. in repert. verb. signum. vers. 9. Saison in cons. Turonens. tit. 5. art. 2. gl. 1. col. 2. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 1. n. 7. Affl. decis. 23. n. 3. Cacherr. decis. 40. n. 3. Neuiz. Syl. nupt. lib. 2. n. 90. Stracch. tr. mercat. p. 2. n. 72. & 73. Mascardus tr. probat. conc. 91. n. 1. 2. & 3. & conclus. 157. n. 3. L. quod si neq;. in fin. ff. peric. & com. rei vend. c. displicet versic. vnde idem. Salomon 23. q. 4. c. si iudex. ibi Domin. de S. Gemin. §. idem esse. n. 3. de sent. excom. lib. 6.* 22.

4. Vnde ſi ceruus, monili, vel accipiter ſonaleis argenteis, ornati fuerint, quoniam inde apparet, alicuius eos eſſe, occupantis non fient, imò ſi apud occupantem morerentur in factum actione teneretur. *Br. tr. Falcone. Bertach. in repert. verb. accipiter & verb. rusticus. n. 40. vers. 1. Iacob. de S. Geor. tr. feud. verb. & cum Venationibus. n. 7. Cæpoll. tr. ſeruit. ruſtic. præd. c. 21. n. 7.*

35. Quod verum non eſt, ſi ex annis domini monili inſculptis appareret, multum iam effluxiſſe temporis, cum monile illud collo ceruui alligaretur. Tunc enim capienti cedet, eò quòd priſtinæ laxitati ſeſe recepiſſe videatur. *Per d. §. feræ. verſic. quicquid. Inſt. rer. diuis.*

36. Similiter, vt ex ſignis beſtiam alicuius eſſe appareat, opus eſt, vt ſigna illa, non ſint naturalia ſed talia, quæ abſq; manu, factoq; hominis, beſtiæ accidere non poſ ſint

sint. Vnde si ceruo, cornu fractum fuerit, vel auis vnguibus caruerit, quandoquidem id aliter, quàm hominis facto contingere potest, præsumtio dominij, ex eiuscemodi signis non exorietur. *Chassan. d. §. 1. n. 8. Mascard. d. conclus. 157. n. 4.*

Non enim hoc probat esse, 37.
quod ab hoc contingit abesse. *L. non hoc. ibi Ias. n. 2. & dd. C. vn. legit. c. in præsentia. x̃. probat. c. fin. de success. ab intest.*

Dico delectationis: Princi- 38.
pes enim & nobiles multùm Venationibus delectantur. *Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 139. Gail. obs. 67. n. 3. lib. 2.*

Et in specie, Alexandrum 39.
Magnum, multam à prandio, venatui nauasse operam, autor est *Plutarch. invita eiusdem.*

Heroës item recensentur à 40.
Tiraquello, ex varijs historiarum monumentis Venationibus dedi-

ti, Chiron, Melanion, Hippolytus, Mnesteus, Pollux, Antilochus, Menelaus, Cœphalus, Nestor, Palamedes, Diomedes, Machaon, Æneas, Scamandrius, Æsculapius, Theseus, Vlysses, Castor, Podalirius, Achilles, Pelopidas, Philopœmenes, Pompeius. Nec non & Imperatores, Traianus, Antonius pius, Alexander Seuerus, Hadrianus, Antonius philosophus, Alphonsus rex, Dornadilla rex Scotorum, & alij. *Tiraq. d. c. 37. n. 141. cum seqq.*

41. Albertus Imperator, Venationem, virilem esse exercitationem, saltationem muliebrem dixit. *Tiraq. d. c. 37. n. 146.*

42. Henricus I. auceps dictus est, eò quòd cum diadema imperiale, & insignia imperij reliqua afferrentur, Venationis fuisset studio occupatus. *autore Munstero in sua Cosmograph. fol. 296.*

Patrum

Patrum memoria Maximilianus I. Romanorum Imperator summé ibicum Venatione exhilaratus, vsq; adeo operam illi dedit, vt sæpissimè per saxa auia, atque prærupta, ascendens, inq; vitæ discrimen præsens adductus, vix DEI benignitate, clauum tenente hinc emerserit. 43.

Dico delectationis gratia, im- 44. modica enim Venatio, quæ fit, rebus aliis necessariis semper postpositis, improbanda est. *Tiraq. d. tr. nobilit. c. 37. n. 149.*

Dixi commodo: quod non 45. de commodo pecuniario intellectum volo. Quippe illud rusticorum, & mercatorum, qui omnia ex lucro, metiuntur, proprium est: Principibus autem & nobilibus, res indignissima, & turpissima. *Per L. nobiliores C. commer. & mercat.*

46. Sed vel de commodo exercitationis. Eſt enim Venatio, ſpecies quaſi militiæ, ſtrepitus armorum meditatio. In qua ſummo mane, è thalamo ſurgere, currere, equitare, ferociſsimas beſtias indagare, inuentas laceſſere, impetum facientes excipere, teloq́ ceu hoſtem proſternere, & ſudoris, & algoris tædio non affici, nec famis, ſitiſq́ deſiderio defatigari oportet, vt Venatio, palæſtra quaſi veriſsima ſit, in qua militiæ aſſueſieri principes, nobileſq́ poſsint. *Tiraq. d. tr. nobilit. c. 37. n. 141. Gail d. obs. 67. n. 1. lib. 2. poſt Xenophontem, & Ariſtotelem, quos laudant.*

47. Imò Pelopidam Thebanum, primum ex venationis meditatione, bellica inſtituta inueniſſe placet. *Plut. in vita Pelopid.*

48. Vel Valetudinis accipi debet. Vnde animum acui, promtioremq́, corpuſq́ aliâs obtorpeſcens,

scens, agilius effici perhibent. *Tiraq. d. tr. nobilit. d. c. 37. n. 141. & n. 148.*

CAPVT III.

QVOTVPLEX SIT VENATIO.

1. *Venationem complures, quadruplicem constituerunt.*
2. *Quid sit Venatio oppressiua.*
3. *Quid sit Venatio adulatoria.*
4. *Quid sit Venatio arenaria.*
Matronis conspectus Venationis arenariæ, ob crudelitatem eiusdem, interdictus olim. ibid.
5. *Venatio arenaria, hominum ingenuorum non erat.*
6. *Pugnantes cum bestijs sunt de iure infames.*
7. *Virtutis causa, non quæstus gratia cum bestijs, in arena pugnantes, infames non sunt.*
8. *Venator occidens bestiam, patriæ*

nociuam, extra arenam, pactus de premio, infamiam metuere non debet.

9. *Moschi pugnant cum bestÿs, iussu sui tyranni, etiam hodiè.*

10. *Genus à quo remouetur, qualibet remouetur species.*

11. *Venatio Saltuosa, rectè diuiditur in eam, quæ fit cum canibus, & eam, quæ fit absq; canibus.*

12. *Venatio quæ fit absq; canibus, qualis sit.*

1. Venationem pleriq; ex nostratibus triplicem, vel quadruplicem constituêre: oppressiuam nimirùm, adulatoriam, arenariam & saltuosam. *gl. c. qui Venationibus. 86. distinct. Host. in summ. n. 1. x̃. cleric. Venat. Abb. c. 1. n. 1. x̃. eod. tit. Bertach. in repert. verb. Venatio. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 13. §. 7. n. 8. Saison in consuet. Turonens. lit. 5. art. 1. Gail. obs. 68. n. 9. lib. 2.*

Oppres-

Oppreſsiuam Venationem 2.
vocant, qua homines opprimuntur, ideò tyrannidem eſſe facilè conſpicis. Quo referunt illud ſacri codicis dictum: Nemrod robuſtus Venator erat, coram domino. *Genes. c. 10. n. 9*

Adulatoriam, ad hiſtriones, 3.
caprimulgos, paraſytos Geldt vnnd Schalckßnarren / & alia turpiſsimorum hominum theatra referunt. Quibus ſolenne eſt, bonum malum, malum bonum dicere, lucem tenebras, tenebraſq; lucem vocare, qui quicquid alij laudant, arridere ſibi affirmant, ſi diſplicuerit idipſum, rurſus vituperant, quorum finis, propoſitumq́; eſt, omnibus aſſentari. Quippe vti nunc ſunt mores, hic quæſtus longè eſt vberrimus. *c. væ qui dicitis 11. q. 3.*

Arenaria eſt, qua in ludis 4.
Circenſibus, cum beſtia pugnaturi, in arenam prodibant. Quod tan-

cæ fuit crudelitatis ſpectaculum, vt matronam his intereſſe, nefas putarint. *autor eſt Roſin. antiquit. Romanar. lib. 5. c. 24.*

5. Aſt, hæc cum beſtiis pugna, ingenuorum non erat, ſed hominum ſeruilium, & abiectiſsimorum, vt tradit idem *Roſinus d. lib. 5. c. 5.*

6. Præterea infamiæ iure noſtro labe, iſtius modi pugnatores aſpergebantur, à poſtulando, reliquiſq; dignitatibus arcebantur. *L. 1. §. item ex ſenatusconſulto. ff. poſtul. L. 2. in fin. ff. his qui not. infam. Azo in ſumma. n. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

7. Quod verum eſt, ſi quæſtus gratia hoc facerent, quod ſi virtutis ſuæ probandæ cauſa, id obirent, infamiæ macula, reformidanda non erat. *d. L. 1. §. deniq;. ff. poſtul. L. athletas in pr. ff. his qui not. infam.*

Idem

Idem quoque erit, si bestiam multùm ferocientem, sæuientemq́; patriæq́; pauperiem facientem, accepta pecunia, quis occidere non in circo, aggressus fuerit. Hoc enim factum, laude dignum est, à quo, procul submota sit, omnis infamia. *d. L. 1. §. denique. ff. postul. Gail d. obseruat. 68. n. 9. lib. 2.* 8.

Cæterùm nostro æuo, huius arenariæ Venationis, nusquam gentium, præsertim mansuetiorum vsus est, sed tanquam facinus crudelissimum ab omnibus execratur, nisi quod Moschus, in vsu adhuc habeat, pugnam quorundam rusticorum, cum Vrsis cicuratis pro recreatione legatorum, exterarum nationum, instituere, vt scriptis prodiderunt *Sigismundus liber baro ab Herbenstein in sua Moscouiæ descriptione. Paulus Oderborn in vita Iohannis Basilidis Moschorum tyranni lib. 3. ad finem ferè.* 9.

Vide-

10. Videmus igitur omnes, huc vſq; recenſitas Venationum ſpecies, minimè Venationis veræ & propriæ ſpecies eſſe. Priores enim duas, quod attinet, non niſi figuratè, & per Metaphoram Venationes dicuntur, vti & poſterior, nihil, cum noſtra Venatione, commune habet. Illa non niſi terræ filijs congruebat, noſtra principibus, & nobilibus: Illa infamia inquinabatur, noſtra inter regalia computatur: Illa ipſa deniq;, quod noſtræ genus eſt, ius perſonale, minimè poteſt dici. Quare cum ab ea genus remoueatur, cuiuslibet quoque ſequetur ſpeciei remotio. *L. iurisgentium. §. ſed ſi fraudandi. ib. Br. n. 2. Bl. n. 4. Caſtr. n. 2. Alex. n. 6. & dd. ff. pact. L. 1. in fin. ff. ſuis & legit. L. fundi in fine. ff. fund. inſtr. L. fin. C. vſur. rei iud. L. ſi cauſa cognita, ibi Br. n. 3. Bl. n. 5. Caſt. n. 5. Sal. n. 9. Ias. n. 10. Curt. n. 29. & dd. C. tranſact. Bl. L. ſi dotali. §. cum*

mulier.

mulier. n. 16. ff. sol. matr. Bl. c. 1. in pr. n. 18. de prohib. feud. alien. per Feder. Butigell. L. 1. n. 11. ff. cer. pet. Iac. de Nig. in rubr. n. 15. ff. leg. 1. Euerard. in Loc. à gen. ad speciem. n. 1. Zoanettus L. 2. n. 95. C. pact. int. emt. & vendit.

Quare rectè à nobis diuidetur Venatio saltuosa, in eam quæ fit cum canibus, & eam, quæ absq; canibus conficitur. Prior nobilior, de qua mentio fit. *c. 1. x. cleric. venator.* 11.

Alterius nomine, omnes intelligimus modos, quibus feris insidias struimus, puta fossis, decipulis, item cum laquearibus sylua cingitur, vulgò der Hagen vorbinden/ & si qui sint alij, de quibus loquitur text. *c. 1. §. nemo retia. de pac. tenend. in vsib. feudor. L. qui foueas. ff. ad L. Aquil.* 12.

CAPVT

CAPVT IIII.

Quibus permissa sit Venatio.

1. *Venatio principibus, & nobilibus permissa.*
2. *Venatio ars nequissima.*
3. *Intellectus ad c. qui Venatoribus. 86. distinct.*
4. *Venatores, & aucupes, vilissimi semper habiti sunt.*
5. *Venatores, à muneribus necessarijs non sunt immunes.*
6. *Venatores, à grauioribus muneribus, eò quod commeatui prodessent, immunes habebantur.*
7. *Principes subditis suis, maximè ignobilibus Venatione interdicere possunt.*
8. *Contraria opinio.*
9. *Declaratio posterioris opinionis.*
10. *Causa sẽper in principe præsumitur.*
11. *Causa in principe, non præsumitur, si aduersus ius gentium disponit. Et quomodo id intelligendum. n. 11.*

12. In-

12. Intellectus ad L. iniuriarum. §. penult. ff. iniur.

13. Princeps, qui per proclamata publica, Venari vetat, acquirit, quasi possessionem iuris prohibendi, si subditi, istis proclamatis acquieuerint.

14. Principi à talibus proclamatis cauendum, secundum Rolandum à valle.

15. Bestiae à DEO illi, cuius territorium est, data sunt.

16. Quisq; rei suae moderator et arbiter

17. Venatio si omnibus indiscretim permissa, omnes Venatores efficerentur, agricultura desereretur.

Agros coli vberioresq; effici publicè interest, ibid.

18. Vsura prohibita, etiam ex eo capite, ne omnes pecuniam fenori dantes, parùm annonae prospicerent.

19. Venatio sine armis expediri nequit.

20. Armorum vsus interdictus.

21. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo.

22. In-

22. *Intellectus ad L. 1. ff. ad L. Iul. de vi pub.*

23. *Venationis facultas, omnibus si esset, breui omne genus bestiarum periret. Quod esset absurdum.*

24. *Argumentum ab absurdo, in iure est fortissimum.*

25. *Venatio omnibus si indifferenter liceret, latæ fenestræ iurgijs, cædibus, atque latrocinijs aperirentur.*

Communio parit discordiam.

26. *Reipublicæ interest, subditos quietè viuere.*

27. *Iudex, si partes ad rixam, armaque propendere animaduerterit, vtrique rectè rei litigiosæ possessione interdici, & possessionis sequestrum se facit.*

28. *Venationis interdicto, nulla subditi iniuria molestantur.*

Venatio actus mæræ facultatis, nullam causans possessionem, nullam obligationem, nullam actionem.

29. Priua-

29. Priuatio præsupponit habitum.
30. Sine actione nemo experitur.
31. Obligatio mater actionis est.
32. Subditi, tenentur mandatis suorum superiorum, quæ honestati non repugnant, obtemperare.
Maioris est imperare, minoris est obsequi, ibid.
33. Venationis interdictum, honestati non repugnat.
34. Principes, vltra hominum memoriam de feudis suis regalibus, vnà cum Venationibus inuestiuntur.
35. Nobiles, non debent vacare mercimonijs.
36. Nobiles minimè decet, artificijs sordidis & mæchanicis incumbere.
37. Venationem plebeij, nobilibus, & alijs, quos decet, relinquant intactam.
Absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbantur officia, & alij creditum alius subtrahat, ibid.

38. *Loca publica, eius sunt, cuius est territorium.*

39. *Princeps deterioris, quàm priuatus conditionis esse non debet.*

40. *Princeps ex causa dominium rei suæ, alicui auferre potest.*

41. *Venatio consistit in nuda spe, vtq; Venator fallatur, multa occurrere possunt.*

42. *Venatio leonum, & similium bestiarum iure codicis tantùm, sine calumnia exercebatur, non verò reliquarum ferarum.*

Argumentum à contrario sensu, in iure fortissimum.

43. *Prohibitus per iudicem, ne fundum alienum ingrediatur. Venandi gratia, prædam ibi captam suam non facit, sed domino fundi restituere tenetur.*

44. *Occultator laudis alienæ, furi rectè exequatur.*

45. *Benignum est, plenumq; ingenui pudoris, per quos profeceris, confiteri.*

46. Bar

46. Bartolus dixit: ego de omnibus mentionem facio, ut quod eorum est, furari non arguar, & in eo, quod meum est cognoscar.
47. Intellectus ad dictum sacræ scripturæ, quod habet, dominamini piscibus maris &c.
48. Venatio est iurisgentium.
49. Venatio, nostris moribus, iurisgentium amplius non est.
Consuetudo, contra ius gentium valet, ibid.
50. Metus durat, quandiu durat causa metus & violentiæ.
51. Præscriptio, sine possessione non procedit.
52. Possessor malæ fidei, nullo præscribit tempore.
53. Metus non durat, quando stat per eum ad quem pertinet, quò minus causa metus auferatur.
54. Scienti, & consentienti non fit iniuria, nec dolus, & metus.
55. Detentio ab initio, accedente domini voluntate, conuertitur

in possessionem, præscriptioni sufficientem.

56. Scientia rei alienæ, præscriptioni non officit, si verisimilibus rationibus persuasus, putarim, eam à me, volente & patiente domino possideri.

57. Mala, vel bona fides, in personalium actionum præscriptione non attenditur, sed solummodo scientia, & negligentia eius, aduersus quem præscribitur.

58. Pœna corporis afflictiua minima, maior est quacunque pecuniaria, etiam maxima.

Princeps faciliùs consequitur, ius prohibendi Venationem, si proclamatis suis, mulctam pecuniariam, non verò vltimi supplicij, pœnam insererit, ibid.

59. Delicta non præsumuntur, maximè verò in principe.

60. Iure suo vtens, neminem iniuria afficit.

61. Princeps non acquirit ius prohibendi

bendi Venationem, si proclamatis eius subditi contradixerint, & ad superiorem appellauerint.

62. Princeps, contra facientem proclamatis illis venatorijs, pœna sanguinis affici non debet, comminari tamen eam poterit.

63. Sententia Scabinorum Lipsensium post speculum Saxonicum, Rubrica von peen der Wildtpradbeschediger longè iniustissima.

64. Anima hominis quibuslibet rebus preciosior.

65. Natura, cuncta hominis gratia edidit.

66. Qui principi resistit, DEI ordinationi resistit.

67. In vna eademq́ sylua, duo simul, ius venandi habere possunt.

68. Vsufructuarius alicuius fundi, non habet ius venandi.

Venatio non est in fructu, ibid.

69. Venatio tum demum, vsufructuario competit, si omnes fundi reditus, in venatione consistunt, vsusfructusq́

fructusq́ absq́ Venatione, planè esset inutilis.

70. Princeps aliqua vel vidua nobilis vsufructuaria relicta, Venationis exercitium, si alicuius, aliàs vsusfr. est vtilitatis non habet.

Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, vt personas quoque, in dignitate constitutas, complectatur, ibid.

71. Vsufructu, alicuius fundi, cum pertinentijs relicto, venit quoque Venatio.

72. Clerici non debent venari.

73. Idem in monacho.

74. Clericus ob Venationes sæpius reiteratas, ab officio suspenditur, si in maiori ordine fuerit constitutus.

75. Clericus in minoribus, ob Venationes arbitrio iudicis punitur.

76. Trina monitio præcedere debet, antequam clericus Venator, puniatur.

77. Cleri-

77. Clerici canes venatorios, & accipitres alere non debent.

78. Clerici, tunc venatui operam dare possunt, quando omnes monasterij reditus in Venatione consistunt.

79. Clerici, quando reditus monasterij in Venatione consistunt, Venationem per alios expedire debent, non ipsi interesse.

80. Sublimitatur.

81. Episcopus, etiamsi reditus monasterij, in Venatione consistunt, minimè tamen Venatum ire debet.

82. Contrarium.

Intellectus ad c. 1. 34. distinct. ibid.

83. Clerici, quando prouentus monasterij, in sola Venatione positus est, laqueo & rete, non canibus, & accipitribus, venari debent.

84. Clericus causa recreationis, & valetudinis, rariusculè tamen, & cum modestia, venari potest.

fructusq; absq; Venatione, planè esset inutilis.

70. Princeps aliqua vel vidua nobilis vsufructuaria relicta, Venationis exercitium, si alicuius, aliàs vsusfr. est vtilitatis non habet.

Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, ut personas quoque, in dignitate constitutas, complectatur, ibid.

71. Vsufructu, alicuius fundi, cum pertinentijs relicto, venit quoque Venatio.

72. Clerici non debent venari.

73. Idem in monacho.

74. Clericus ob Venationes sæpius reiteratas, ab officio suspenditur, si in maiori ordine fuerit constitutus.

75. Clericus in minoribus, ob Venationes arbitrio iudicis punitur.

76. Trina monitio præcedere debet, antequam clericus Venator, puniatur.

77. Cleri-

77. *Clerici canes venatorios, & accipitres alere non debent.*

78. *Clerici, tunc venatui operam dare possunt, quando omnes monasterij reditus in Venatione consistunt.*

79. *Clerici, quando reditus monasterij in Venatione consistunt, Venationem per alios expedire debent, non ipsi interesse.*

80. *Sublimitatur.*

81. *Episcopus, etiamsi reditus monasterij, in Venatione consistunt, minimè tamen Venatum ire debet.*

82. *Contrarium.*

Intellectus ad c. 1. 34. distinct. ibid.

83. *Clerici, quando prouentus monasterij, in sola Venatione positus est, laqueo & rete, non canibus, & accipitribus, venari debent.*

84. *Clericus causa recreationis, & valetudinis, rariusculè tamen, & cum modestia, venari potest.*

85. *In dubio clericus, præsumitur, iuisse venatum causa recreationis, non voluptatis.*

86. *Clericus venatui iure operam dat, si necessitate ad id compellitur, puta si feræ segetes vastarent.*

87. *Clericus, qui nihil aliud, quo vescatur, habet, vt carnibus ferarum satietur, venatum proficiscitur iure.*

88. *Necessitas, aliàs illicita, licita facit.*

89. *Negotiatio omnis clericis probro est, & interdicta.*

90. *Clericus negotiator, ceu pestis vitandus est.*

91. *Clericus negociari potest, necessitate compulsus.*

1. Viros nostræ ætatis, longè præstantissimos, huius subiecti tractationem arripientes, malè ob id vulgò audiuisse, quasi plus æquo, blanditus hac in re principibus, indulserint, me non latet. Quare, vt

vt assentationis vitium, cuius me fatalem hostem profiteor, eluderem, diu substiti, atque cogitaui. Verùm re apprime perisata, minimè à maiorum vestigĳs recedendum esse, visum est, quandoquidem iure optimo conniuente, locutos exploratum habebam, quò minus metuenda repræhensio. Concludo igitur primo: Principibus, nobilibusq́; iure quasi proprio, venationem permissam. *Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 139.*

Nec obstat, Venationem artem dici nequissimam. *c. qui venatoribus el. 1. & 2. 86. distinct.* 2.

Id enim vel respectu clericorum, quibus venatus vsus, vt suo loco dicetur, est interdictus, dictum esto vt placet. *Tiraq. d. c. 37. n. 148.* Vel quod verius mihi videtur, de Venatione impropriè & abusiuè sic dicta, puta qua adulatione assentationeq́; quæstum quærunt, vel quæ in arena peragitur, 3.

 non

non verò de nostra, quæ verè nobilis est, principibus, nobilibusq; competens, accipiendum erit, quæ est opinio optimi iureconsulti, & domini mei, piæ memoriæ *Matth. Vuesenbecc. in suis paratit. n. 7. ff. acquir. rer. dom. & ante eum Hostiens. in summa. n. 2. x̃. cleric. venat.*

4. Similiter non obstat, Venatores, aucupesq; , eò quòd seruilia erant ministeria, inter vilissimos fuisse habitos. *Tiraq. d. tr. nobilit. c. 34. n. 59. per L. seruis Vrbanis. §. venatores. ff. leg. 3.* Id enim in ĳs quorum opera, retia expanduntur, & alia Venationis, aucupĳue præparamenta expediuntur, quorum etiamnum haud magna habetur ratio procedit, non verò de eo, qui summo Venationi imperio præest.

5. Venationem deniq; iure nostro, minimè sordidam, illicitamq; ingenuis fuisse, vel ex eo constat, quod etsi ob hanc solam professionem,

nem, à muneribus necessariis, immunitas nulli largiretur. *L. Venatoribus C. excusat. mun. lib. 10. Capoll. tr. seruit. rust. præd. c. 21. n. 11.*

A grauioribus tamen muneribus, tanquam vtiles commeatui, & annonæ, Venationibus deditі, vacationem consequerentur. *L. fin. ff. iur. immunit.* 6.

Hæc conclusio ampliatur: vt principes subditis suis, maximè ignobilibus, Venationis vsum interdicere posſint. *Ioh. de Imola L. 3. §. Nerua. n. 20. ff. acquir. poss. Isern. c. 1. §. nemo retia. n. 31. ibi Aluarott. ante n. 1. Præpos. n. 1. Affl. n. 2. & dd. de pac. tenend. Capoll. tr. seruit. rustic. prædior. c. 21. n. 2. Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. n. 1. & 2. Bossius tr. regalibus. n. 42. Iohann. Saison. in consuetud. Turonens. tit. 5. art. 1. gl. 2. col. 1. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 7. n. 4. Tiraq. tr. nobilit. c. 37. n. 150. gl. German. artic. 61.* Landtrecht *lib. 2. Zoa-* 7.

2. Zoanett. L. 2. ex n. 145. cum mult. seqq. C. pact. int. emt. & vend. Vuesenbecc. in suis parat. n. 7. ff. acquir. rer. dom. Nicolaus Bellonus cons. 49. n. 9. fac. L. 2. C. noxal. act.

8. Licet contrarium teneant. *Host. Iohan. And. Card. Florent. Ant. de But. c. non est. x̃. decim. quos sequitur Guilh. Bened. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelatiam. n. 898. x̃. testam. Emanuel Soarez communem dicens in suis com. opin. lit. v. n. 10. Rol. à valle cons. 9. n. 10. vol. 2. vbi Ias. Dec. & Affl. in id citat Menoch. cons. 299. n. 18. per L. iniuriarum. §. penult. ff. iniur.*

9. Sed isthæc posterior opinio, ita demum obtinebit, si princeps vel superior, absque causa venatum prohiberet, quare rarissimè locum sibi vendicabit. Quandoquidem nunquam principem absque causa id facere rationis sit, sed causa semper in principe præsumatur. *Cyn. L. rescripta. n. 7. ibi Bl. n. 10. C. precib. imp.*

imp. offer. Ant. de But. c. cum inter versic. in materia. x̃. renunciat. Ant. de But. c. quia plerisq́ versic. Secunda opinio. x̃. immun. eccl. Panormit. c. cum inter. n. 9. x̃. except. Pan. c. nisi. n. 6. x̃. off. leg. Panor. c. quanto. n. 8. versic. ex quo infero. x̃. iureiur. Pan. c. cum olim. n. 17. x̃. re iud. Panor. c. cum venissent. n. 8. x̃. iudic. Domin. de S. Gemin. c. grandi. n. 10. de suppl. negl. prælat. lib. 6. Ias. L. si testamentum. n. 3. vbi hanc communem attestatur. C. testam. Guilh. de Perno. tr. principe. n. 99. Cagn. L. diem functo. n. 24. ff. off. asseß. Cotta in memoral. verb. papa. Menoch. tr. remed. poss. recup. remed. 8. n. 60. Eman. Soarez. com. opin. lit. P. n. 255. Coler. in suo processu. p. 4. c. 1. n. 32. Alex. cons. 2. n. 20. vol. 1. cons. 216. n. 23. vol. 2.

Quod autem hic replicari posset, principem contra ius gentium disponentem, sine causa id facere, præsumtionem esse. *Hipp.* 10.

de

de Mars. L. de vnoquoque. n. 14. ff. re iudic. Alc. tr. præsumt. reg. 3. præsumt. 8. n. 3. Gail obs. lib. 2. obs. 58. n. 1. Mascard. tr. probat. conclus. 276. n. 3. vol. 1. qui plures in id allegant.

11. Verum erit in his, quæ ex dictamine rationis, paſsim apud omnes per æquè gentes, in viridi ſunt obſeruantia, & primo iuris præcepto, honeſtè nempe viuere derogant. Non verò in his, quæ quidem iuris gentium ſunt, haud quaquam tamen tanti ponderis, atque æſtimationis, vt eſt Venatio, ſine qua ſubditus quiſq;, ſat poteſt commodè, ſat honeſtè viuere. *arg. c. vbi maius. in pr. de election. lib. 6.*

12. Nihil quoque priorem opinionem ſectantes, textu L. iniuriarum. §. penult. ff. iniur. remoramur, quod enim habet: Sæpiſsimè reſcriptum eſt, quem non poſſe prohiberi aucupari, de prohibi tione

tione priuati hominis dictum esto, non verò de prohibitione, quæ fit ab eo, qui in isto territorio, merum, mixtumq́ imperium habet.

Igitur si princeps proclamate publico pœnali, Venatum inhibuerit, cui subditi, non reclamarint, sed quò pœnam euitarent, à Venationis exercitio, abstinuerint, temporisq́ in id definiti, puta triginta annorum meta cucurrerit, principi hinc iuris prohibendi, quasi possessio exoritur, & Venatio à subditis perditur, vt præter dd. plerosq́ pro priori opinione recitatos, idipsum tradidêre. *Fr. Balb. tr. præscript. 5. q. 4. p. 5. p. p. n. 4. & ipsemet Roland. à valle d. cons. 9. n. 14. vol. 2.* 13.

Licet rursus talia proclamata passim diuulganda non esse suadeat ille ipse *Rol. à valle d. cons. 9. n. 18. vol. 2.* 14.

Quod vt dilucidiùs constet, confirmo, 1. autoritate sacræ scripturæ, 15.

eius

eius esse bestias, cuius est territorium dicentis, vti in specie de Nabuchodonosor, dominus per Hieremiam prophetam fatur. *Hierem. c. 27. n. 6. & c. 28. n. 14. Daniel. c. 2. n. 38.*

61. Ergo princeps rei suæ, legem, quam vult, dicere potest, cum quilibet rerum suarum, moderator sit & arbiter. *L. in re mandata. C. mand. L. etiam. §. licet. ff. sol. matrim. L. sed si lege. §. consuluit. ff. petit. hæred. L. nemo exterus. C. Iudæis. §. per traditionem. Inst. rer. diuis. Stracch. tr. mercat. p. 4. n. 50. Andr. de Bessetis L. 1. n. 17. C. sacros. eccles. Dil. tr. ar. test. lit. 6. caut. 64. n. 2. Iohan. Hanib. Rubr. n. 84. ff. sol. matr. Ferdin. Loaz. L. filiusfam. §. Diui. n. 124. ff. leg. 1. Sap. L. 1. n. 45. C. qui adm. Hartmann. Pistor. q. 38. n. 50. lib. 2. Hieron. Schuirp. ff. cons. 142. int. cons. Bruni. n. 2. Ioh. Barthol. de Scaramp. int. cons. eiusdem Bruni cons. 108.*

108. n. 28. Cardin. Paris. cons. 72. n. 3. vol. 1. Rol. à valle cons. 76. n. 31. vol. 1. cons. 35. n. 8. volum. 3.

II. Confirmo: Quia si cuilibet permissum integrumq; esset, Venationi, quando, quomodoq; liberet, operam nauare, omnes ab artificijs auocarentur, agri inculti relinquerentur. Quare princeps Venationem rectè subditis prohibebit, præsertim rusticis. Cum publicè intersit, agros coli, vberioresq; effici. *arg. auth. agri cultores. C. quæ res pig. obl. poss. L. 3. C. fer. L. 1. ff. eod. L. 1. C. collat. fund. Patrim. lib. 11. L. 2. ff. nundin. cum plerisque alijs congestis per Ripam. tr. remed. præseruat. contra pest. n. 206. cum mult. seqq.* 17.

Hinc in simili traditum reperimus: vsuras, inter cætera, vel eam ob causam esse prohibitas, ne vsurarum inescatione, à grauioribus agriculturæ laboribus magno Reipub. malo abhorrerent. *Innoc.* 18.

In Rubr. ibi Abb. n. 5. x̃. vsur. Bl. Rub. n. 3. C. eod. tit. Salyc. auth. ad-hæc. n. 6. C. eod. tit. Pract. Papiens. in for. lib. in act. hypothecar. verb. sine aliq. vsurar. conuent. n. 6. Cotta in memor. verb. vsuræ el. 1. circa med. Anton. de prato veteri int. cons. Alex. cons. 49. n. 17. vol. 4.

19. III. Confirmo: Venatio absq;
20. armorum vsu vt plurimum expediri nequit, sed arma omnibus (in quo támen contraria, nisi quo ad rusticos, & plebeos, obtinuit consuetudo) sunt interdicta. *auth. armis. per tot. c. 1. §. si quis rusticus. de pac. tenend. in vsib. feudor. L. 1. ibi Luc. de Penna. C. vt armor. vsus lib. 11. Roman. sing. 263. Iacobus Boulenc. L. capitalium. §. famosos. n. 132. ff. pœn. Cotta in memor. verb. armorum. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. gl. 6. n. 13. Chassan. in consuet. Burg. Rubr. 1. verb. iustices. n. 109. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 67. cum 2. seqq.*

Sforti

Sfort. Oldus tr. rest. in integ. q. 8. n. 103. Rol. à valle cons. 3. n. 32. vol. 2. cons. 90. n. 21. volum. 4.

Ergo & Venatio rectè prohi- 21.
beri poterit. Nam cum quid prohibetur, omnia quæ sequuntur ex illo prohibita censentur. *c. denique. distinct. 4. c. eos. distinct. 81. c. pastoralis. x. appellat. L. fin. C. reb. alien. non alien. c. cum quid prohibetur de R. I. Lib. 6. Ias. L. 2. n. 25. ff. iurisd. omn. iud.*

Nec obstat: quod L. 1. ff. ad 22.
L. Iul. de vi pub. arma in vsum Venationis, habere licere, permissum est. Id enim de Venatione arenaria, cuius tum temporis maximus apud Quirites erat vsus, vehemensque delectatio, non de nostra, quæ syluas peragrando, effecta datur, accipi debet.

IV. Confirmo: Ni enim prin- 23.
ceps venandi studium vetaret, breui ferarum genus ad internecionem

vsq; depopularetur. Quare vt inconueniens, & absurdum illud euitetur, princeps ne indiscriminatim, venatui operam dare, cuilibet liceat, edicto cauere poterit. *Tiraq. d. tr. nobilit. d. c. 37. n. 150.*

24. Argumentum enim ab absurdo in iure nostro, maximi est Vigoris & fortitudinis. *L. fin. C. aut. praest. L. vnic. §. pro secundo. C. cad. toll. c. in Genesi. x̃. elect. c. ex ore. ibi Panormit. n. 2. x̃. priuil. c dubium. ibi gl. verb. absurdum praebend. lib. 6. L. nam absurdum. ff. bon. libert. L. 2. C. condit. insert. Br. L. furti. §. pactus. n. 2. ff. his qui not. infam. Bl. L. conuenticulam. n. 4. C. episc. & cleric. Ias. L. diuortio. in pr per. ill. text. n. 12. ff. sol. matrim. Ias. L. si sic stipulatus la. 2. n. 15. per ill. text. ff. verb. obligat. Ias. L. existimo. n. 3. ff. eod. tit. Ias. L. de pupillo. §. si quis fortè. n. 1. ff. op. no. nunc. Panor. c. iniustum. n. 2. x̃. rer. permut. Euerard. in top. in Loc. ab absurdo. n. 1. Neuiz. Syl. nupt. lib. 1. n.* 192.

192. Marian. Soc. L. cum filiofamilit-as. n. 195. & n. 205. ff. leg. 1. Butigella L. 1. §. qui præsens. n. 29. ff. verb. obligat. Capyc. decis 169. n. 6. Cacherran. decis. 107. n. 3.

Confirmo V. Nam indifferens, omnibusq; concessus Venationis vsus, maximum cædium, & latrociniorum est fomentum. 25.
Equidem fera istius telo vulnerata, ab illo persequeretur, vel illi fas non esse, hoc in loco Venationem exercere, hic contenderet, & vt aliis modis infinitis, iurgia & tumultus, hanc ob rem gliscere, concitariq; possent. Quare princeps, ne ad arma concurratur, pax, tranquillitasq; contineatur publica, omnis dissidiorum occasio præscindatur, rectè autoritatem suam interponendo, & Venationem quasi sequestrando, illam ipsam, ad se auocat. Tum quia communio parit discordiam. *L. cum pater. §. dulcissimis. ff. leg. 2. L. in re communi. ff. ser. vrb. prad.*

præd. L. sancimus. §. ne autem. ibi Sichard. n. 5. C. donat. L. 2. C. quand. & quib. quarta pars lib. 10. L. qui neque. §. fin. ff. reb. cor. L. si non sortem. §. centum. ff. condict. indeb. gl. c. nullus 17. q. 4. gl. c. illud 71. distinct. Castr. L. non amplius. §. fin. ibi Iohan. de Imola. n. 4. Ias. n. 12. ff. leg. 1. Ias. L. qui Romæ. §. cohæredes. n. 16. ff. verb. obligat. Pract. Pap. in for. lib. pro hæred. vel re sing. diuid. verb. omnis communio ibi Zilett. in add. Marian. Soc. L. 4. §. Cato. n. 218. ibi Hormans noct. Det. n. 154. & Syl. Aldob. in add. ff. verb. obligat. Paul. de Monte Pico. L. in quartam. n. 143. ff. ad L. Falcid. Bertach. in repert. verb. communio. Ias. §. quædam. n. 34. Inst. action. Menoch. tr. arbit. iud. quæst. casu 164. n. 4. Gabr. Mudæus L. si conuenerit. n. 12. ff. pro soc.

26. Tùm quia Reipublicæ interest, subditos concordiam alere. *auth. armis. in pr. L. si quis ingenuam. §. fin. ff. capt. L. æquissimum. ff. vsufr.*

Tùm

27. Tùm quia aliàs videmus, iudicem, si inter partes, rixam exarsuram, armorumque strepitum timeat, ob possessionem, de qua lis est, iure facere, si possessionis litigiosæ, sequestrum quasi se faciat, & vtriq; parti, eius possessionis vsu interdicat. *Br. L. si vsusfr. §. sed si inter duos. n. 1. per ill. text. ff. vsufr. Specul. tit. de petit. & possess. §. 1. n. 38. Specul. tit. sequest. possess. & fruct. n. 1. Innocent. c. in præsentia. n. 2. x̃. probat. Bl. L. fin. n. 3. ibi Dec. n. 6. Zuchard. 123. C. ed. D. Hadr. toll. Bl. L. nullus. n. 3. per ill. text. C. sum. trinit. & fid. Cath. Bl. L. vn. n. 3. C. prohib. seq. pecun. Ias. L. quidam æstimauerunt. n. 4. ff. si cer. pet. Panormit. c. 2. n. 12. x̃. sequest. possess. Guido Papæ decis. 578. ibi Ranchin. in add. Capyc. decis. 96. n. 10. Plot. tr. de in lit. iur. §. 3. n. 28. & n. 47. Neuiz. Syluu. nupt. lib. 1. n. 81. Menoch. tr. remed. poss. adip. rem. 6. n. 13. Gail obseruat. 5. n. 2. lib. 1. Raymund. Fichard.*

chard. caut. 59. caut. 62. & caut. 64. Alex. cons. 7. n. 12. vol. 5. Mandell. cons. 78. n. 3. per L. communi diuidundo. §. cum de vsufr. ff. com. diuid.

28. Confirmo VI. Nam ſubditi, qui à Venatione ſuperioris proclamate arcentur, iniuriam ſibi fieri, conqueri nequeunt, quia nec dominio, nec poſſeſsione aliqua priuantur. Cum in loco aliquo, Venationi incumbere, actus ſit merè facultatis, vnde nulla poſſeſsio, nulla obligatio, nulla denique actio proficiſcitur. *gl. German. 1. art. 61.* Landtrecht *lib. 2. Zoanettus. L. 2. n. 154. C. pact. int. emt. & vendit per trad. Br. L. 1. n. 4. ff. condict. ex lege.*

29. Vnde ſpoliatis, nullum competit, ad redintegrandam Venationem remedium. Non poſſeſſorium, quia poſſeſsione, quam nunquam habuerunt, nec adipiſci (cæteris tamen paribus) poſſunt, ſpoliati

liati non ſunt, priuatio verò habitum ſuum præſupponit. *c. ad diſſoluendum. x. deſponſat. impub. c. quod verò non formatum. 32. q. 2. L. remittit. ff. iureiur. Panormit. c de infidelibus. n. 5. per ill. text. x. conſang. & affinit. Ias. L. ſi quis maior. n. 23. C. tranſact. Euerard. in top. in Loc. à priuat. ad hab. n. 1. Ballionus de Nobilib. auth. ex cauſa. n. 32. C. lib. præter. Igneus L. neceſſarios. §. non aliàs. p. 1. n. 75. ff. ad S. C. Syllan. Ludou. Bologn. L. qui viam. n. 31. ff. op. no. nunc. Bologn. L. 4. §. Cato. n. 5. 8. & 133. ff. verb. oblig. Gail obs. 21. n. 5. lib. 1. & lib. 2. de pac. pub. c. 11. n. 13. Tiraq. Decian. cons. 10. n. 80. vol. 1. & cons. 31. n. 3. volum. 2. & alios adduxi in repet. L. in multis. memb. 3. artic. 20. n. 2. ff. ſtat. homin.*

Non petitorium, quia nulla adeſt obligatio, vel quid ſimile obligationi, qua princeps aſtringeretur, ne vſum Venationis interdice- 30.

ret. Ergo nec actio, cum sine actione nemo experiatur. *L. si pupilli. §. videamus. ff. neg. gest. Br. L. vinum. n. 14. ff. si cer. pet. Ias. L. vbi pact. n. 10. C. transact. Pract. pap. in for. respons. rei conuent. verb. quo ad impediendum processum. n. 3. ibi Masuer. in addit. Marant. tr. ord. iud. p. 4. distinct. 3. n. 3. Tiraq. LL. connub. gl. 2. n. 40. Gomez. var. resol. lib. 2. c. 11. n. 24. Cesar Contard. L. diffamari. c. 4. n. 153. C. ingen. manum. Gail obs. 17. n. 3. & obs. 27. n. 6. lib. 2. & lib. 2. de pac. pub. c. 12. n. 13. & lib. de pignorat. c. 5. n. 12. Coratius L. si Titius. n. 4. ff. verb. obligat. Exea tr. pact. n. 268. Sichard. L. actione. n. 8. C. transact. Anton. de petrut. L. 1. n. 430. ff. iureiur. Menoch. tr. remed. poss. adip. rem. 6. n. 47. L. quoties. §. item si temporali. ff. admin. tut. L. si quis. §. illud. ff. petit. hered. L. nam & postea. in pr. ff. iureiur.*

31. Obligatio verò mater actionis sit. *L. licet. §. ea obligatio ponderando*

do verbum parit. ff. procurator. gl. 1. Rubr. Inst. verb. obligat. gl. L. 1. verb. iusticia. ibi Fortun. Garzia. n. 33. ff. iust. & iur. Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. n. 52. Br. L. 1. in pr. n. 5. ff. pecul. Ias. §. superest. n. 5. & 7. Inst. act. Exea tr. pact. n. 337.

Confirmo VII. Nam subditi seu inferiores, mandatis suorum principum & superiorum, siquidem contra honestatem non sint, obedire atque obtemperare, iure conniuente, obstricti sunt. Decet namque inferioris sortis homines, maioribus honorem & reuerentiam exhibere, maioris est imperare, minoris cedere atque obsequi. *L. potioris. in pr. C. off. rect. prouinc. L. 1. ad fin. C. off. praef. vrb. L. tyrones. C. tyronibus lib. 12. L. 1. & 2. C. vt dignitat. ord. seruet. eodem lib. L. 3. in pr. ff. alien. iud. mut. caus. fact. L. 1. §. denique. & §. sed etsi vicinus. ff. aq. pluu. arc. c. est ordo naturalis* 32.

ralis. 33. q. 3. & fac. pleraque tradita. Fel. in Rubr. x̃. maior. & ob. item Vasq. in praefat. illust. contr. n. 18. cum seqq.

33. Sed praeceptum, seu edictum, vt à Venatione subditi abstineant, contra honestatem non est. Non enim quicquam subdito quod suum est adimitur, religio & conscientia libera relinquitur, res familiaris, sarta tecta remanet, coniugum, liberorumq́ pudicitia non violatur. Ergo subditi, illi praecepto atque edicto, sui superioris, in signum praeeminentiae eiusdem, suaeque submissionis acquiescent.

34. Confirmo IIX. Nam vsu consuetudineq́ hominum memoriam superante, totius Germaniae, receptum est, principum inuestituris, clausulam: Et cum Venationibus &c. inseri. *Vt toto die in inuestituris principum Germaniae videre est,*

est, & attestatur Zoanet. d. L. 2. n. 169. C. pact. int. emt. & vend.

Igitur, cum tali, inuestiturarum formulæ, subditi sese non opposuerint, sed sub hac figura principes inuestiri pertulerint, consequitur, etiam absq; vllo proclamatum terrore, ex hac inuestiendi consuetudine, temporisq; immemorialis lapsu, imperatori, directum Venationum dominium, principibus verò & nobilibus taliter inuestitis, vtile cum iure alios prohibendi, fuisse acquisitum, vti hac ratione commotus, in specie decidit. *Iacob. de S. Georg. tr. feud. verb. & cum Venationibus. n. 9.*

Confirmo IX. Vti enim nobiles, negotiationum quæstibus ininhiare. *L. nobiliores. C. commerc. & mercat. Luc. de Penna L. mulieres. col. final. vers. primò. C. dignit. lib. 12. Anton. de Butr. Rubr. x. ne cler. vel monachi Mart. Laud. tr. dignit. con-* 35.

clus.

clus. 66. Guido papæ decis. 196. n. 1. Tiraq. tr. nobilitatis. c. 33. n. 2. Sais. in consuet. Turonens. tit. 24. art. 8. Col. 8. in fin. Neuiz. Syl. nupt lib. 5. n. 49. Strach. tr. mercat. p. 2. n. 17. & p. 3. n. 14. Gab. Mud. L. si fratres. in pr. n. 5. ff. pro soc.

36. Artificiisq; sordidis, & mechanicis, operam nauare non addecet. *Bl. d. L. mobiliores. n. 2. per ill. text. C. comm. & mercat. Bertach. in repert. verb. nobilis. versic. 13. Felin. c. super eo. n. 5. x. testibus. Igneus. L. necessarios. §. non aliàs. p. 4. n. 143. ff. ad S. C. Syllan. Chassan. in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 19. gl. 2. n. 30. Crauetta cons. 163. n. 2.*

Ita è diuerso negociatores,
37. & plebeii sua agant Venationem, iis, quos decet, relinquentes. Absurdum namque est, si promiscuis actibus, rerum turbentur, officia, & alii creditum, alius subtrahat. *L. consulta diualia. C. testam. L. fin.*

fin. C. assess. L. quisquis. §. fin. C. postul. Abb. Rubr. ad fin. x̃. ne cler. vel mon.

Confirmo. 10. Loca enim publica, principis, cuius est territorium sunt. §. *thesaurus Inst. rer. diuis. L. 2. & L. 3. ff. ne quid in loc. pub. L. deprecatio. ff. ad L. Rhod. de iact. L. 3. C. quadr. præsc. L. bona ciuitatis. ff. verb. signif. Raimund. senilis. L. eum qui vectigal. n. 15. ff. verb. significat.* Vnde consequitur; quemadmodum dominus loci priuati, ne quis rem suam, Venandi gratia ingrediatur prohibere potest. *vt suo loco dicemus.* 38.

Itaq; quoque principem, ne quis in loco pub. venatui studeat, vetare posse, cum princeps deterioris, quàm priuatus, conditionis esse, minimè debeat. *L. item veniunt. §. ait senatus. ibi gl. verb. in publica. ff. petit. hæred. L. 1. & 2. C. priuil. fisci. L. 1. C. conduct. & procurat. præd. fisc. lib. 11. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 16. n. 2.* 39.

Con-

40. Confirmo II. Nam princeps ex causa, dominium rei suæ auferre potest alicui. *L. item si verberatum. §. 1. ff. rei vend. L. Lucius. ff. euict. L. 2. ff. restit. natal. L. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. toto tt. C. in quibus caus. ser. pro prem. lib. accip. Fortun. Garcia. L. conuentionum. n. 17. ff. pact. Crottus L. Gallus. §. & quid si tantum. n. 121. ibi Lancell. Galiaula. n. 59. ff. lib. & posth. & tradunt innumeri quos referunt Arrius Pinel. Rubr. p. 1. c. 1. n. 31. C. resc. vendit. Vasq. ill. contr. c. 5. n. 1. Anton. Gabr. Roman. tr. regul. lib. 3. tit. de iur. quæs. non toll. conclus. 1. n. 1.*

41. Ergo multò magis venatione interdicere, quæ tota in spe consistit, & in qua multa, vt Venatorem spes fallat, contingere possunt. *§. illud. Inst. rer. diuis. L. naturalem. §. illud. ff. acquir. rer. dom.*

42. Confirmo 12. Nam prohibitus per iudicem, fundum alteri-

us

us Venandi cauſa ingredi prædam ſuam non facit, ſed domino fundi reſtituat, oportet. *vt infra ſuo loco*. Ergo multò minus præda eius erit, qui contra principis edictum venari attentârit.

Confirmo 13. & vltimò: per textum in id expreſſum. *L. vnica. ibi Azo in ſumma. C. venat. ferar. lib. 11.* dum enim occidendorum Leonum, nulla metuenda calumnia, poteſtatem facit (quod ex identitate rationis, ad ſimiles beſtias, humano generi inſidiantes, extenditur, haud perperam) à contrario ſenſu rectè ex eo colligitur, ſubditis, alias beſtias tantopere hominibus non nociuas, venari, occidereq́; fas non eſſe, imò contra facientibus calumnias metuendas fore. Quod argumentum à contrario ſenſu, in iure noſtro eſt fortiſſimum. *L. 1. in pr. ibi Br. n. 4. & n. 7. Bl. n. 2. Alex. n. 9. Caſtr. n. 10. Fulg. n. 10. Ias. n. 36. Decius. n. 38.* 43.

Paul. Orian. n. 73. Iacob. de Nigr. n. 41. Sapia. n. 21. & doctores. ff. off. eius cui mand. est iurisd. L. inter socerum. §. cum inter. ff. pact. dotal. L. apud antiquos. C. furt. L. si quis locuples. ff. manum. testam. L. qui testamento la. 2. §. mulier. ff. testam. c. cum apostolica. in fin. x̃. his quæ fiunt à præl. sin. cons. cap. c. cum virum. x̃. regular. Euerard. in top. in Loc. à contrar. sens. n. 1. Neuiz. Sylu. nupt. lib. 1. n. 212. Tiraq. V. R. p. 1. §. 6. gl. vn. n. 5. Ioh. Hanib. L. post contractum. n. 192. ff. donat. Guido Papæ decis. 380. n. 2. Plot. tr. de in lit. iur. §. 3. n. 24. Caualc. tr. tut. & curat. n. 83. & 84.

44. Atque has Zoanetto, & acutiſsimo domino, & præceptori meo, piæ memoriæ Vueſenbeccio rationes, pluribus equidem additis acceptas fero. Non enim ignarus ſum, laudis alienæ occultatorem, furi rectè exæquari, vt dicit. *Bl. in proœm.*

procem. feudor. n. 2. Ias. §. fin. n. 31. Inst. action. text. L. hareditatum. §. fin. ff. ad. L. Falcid.

Item benignum, plenumq; ingenui pudoris esse, per quos profeceris fateri, vt ait *Cotta in memoral. verb. gemma. Neuiz. Syl. nupt. lib. 6. n. 58. circa. med.* 45.

Non denique me latent, quæ Bartolus scripta reliquerit, dum inquit: Ego de omnibus mentionem facio, vt quod eorum est, furari non arguar, & in eo, quod meum est, cognoscar. *Br. L. non solum. §. morte. n. 10. ff. op. no. nunciat.* 46.

Igitur, vt è semita in viam reuertar, receptissimæ huic opinioni, altera sacræ scripturæ autoritas, non obstat, quæ habet: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. *Genescos cap. 1. n. 28.* 47.

Dominatum enim illum, de quo præcedens textus, in venatu consistere, omnino nego. Sed hoc sibi velle dominatum istum edico, vt ferocissima quæque bestia sit, hominem tamen expauescat, & ceu dominum suum reuereatur, quæ expositio, ipsimet sacræ scripturæ optimè est consentanea, comprobaturq́ue, ex eadem *Genesi c. 9. n. 2. ibi.* Et terror vester, & tremor &c.

48. Eadem quoque ratione, non obstat, Venationem iuris esse gentium. *§. feræ igitur. Inst. rer. diuis. L. 1. ff. acquir. rer. dom. L. 1. in pr. ff. acquir. poss.* Quibus Virgilij astipulatur I. Georgic. autoritas. Tum laqueis captare feras, & fallere visco Inuentum, & magnos, canibus, circundare saltus.

49. Quia id minimè procedit, iure totius Germaniæ consuetudinario, vltra tempus, quod hominum memoria capi potest introducto,

quo

quo principes Germaniæ, ab Imperatoribus de feudis suis regalibus, vná cum Venatione sunt inuestiti. Qua inuestitura deinde, ceu medio principes, Venationem subditis vetarunt, subditisq; interdicto acquiescentibus, venatu soli vsi sunt. Quare Venationem vlterius, iuris gentium esse, rectè non dicimus. Cum gentium iuri per consuetudinem maximè, cuius initij, in contrarium memoria, non existit, ex causa sit derogatum, quæ consuetudo, valet. *Abb. c. fin. n. 1. & n. 22. per ill. text. x̃. consuet. Incertus autor in repetit. L. de quibus. n. 12. ibi Zasius. n. 39. cum seqq. ff. LL.*

Pariter quoque nil nobis negocij facesset, id quod obijci potest, subditos pœnæ sanguinis metu perterritos, proclamatis illis sui principis ausos non esse contradicere. Quapropter nunquam in quasi possessione iuris prohibendi, subditis 50.

§. VENATIO.

Venationem erit princeps, cum ſubditi etſi metu, per longum, vel etiam longiſsimum tempus tacentes, non tamen conſentiant, ſed quandoquidem cauſa metus, violentiæq; durat, metus quoque ipſe violentiaq; iuris præſumtione conſtabit. *Br. L. 2. n. 7. ibi Bl. n. 10. Sichard. n. 6. C. quod met. caus. Br. L. ob turpem. n. 5. ff. condict. ob turp. caus. Bl. L. 2. n. 4. C. his qui prop. met. iud. non appellau. Ias. L. qui in aliena. §. Celſus. n. 9. ff. acquir. hæred. Ias. L. Titia. in pr. ſub n. 6. ff. verb. obligat. Abb. c. 1. n. 1. & 12. per ill. text. x̃. his quæ vi met. caus. Felin. c. cauſam matrimonij in 2. declarat. in fin. x̃. off. deleg. Neuiz. Syluu. nupt. lib. 2. n. 119. Anton. Rub. L. hoc edicto. §. morte. n. 214. ff. op. no. nunc. Crottus L. ſtipulatio hoc modo. n. 72. ff. verb. obl. Nicolaus Mil. in ſuo repert. verb. metus illatus. Raymund. Fichard. caut. 9. Sfortia Odd. tr. reſt. in integr. q. 7. n. 108.*

Maſcard.

Mascard. tr. probat. conclus. 1054. n. 34. vol. 2. Mandellus cons. 77. n. 14. & cons. 78. n. 12.

Consequitur ergò, ius illud nunquam à principe præscriptum, cum sine possessione non procedat præscriptio. *c. sine præscriptionè. ibi dd. de R. I. lib. 6. L. qui in seruitute est. ff. eod. tit. c. Porro. 16. q. 3. c. causam quæ. x̃. præscript. L. vnic. C. vsus cap. transform. Inst. sucap. in pr. L. 1. & 3. ff. eod. tit. Vasq. ill. controu. c. 57. n. 1.* 51.

Vt taceam, principem ob metum subditis illatum, in mala fide esse. Malæ verò fidei possessorem nullo præscribere tempore. *c. vigilanti. & c. fin. x̃. præscrip. c. possessor ibi Couarr. & dd. de R. I. lib. 6. Balb. tr. præscrip. 2. p. 3. p. p. q. 2. n. 2. Pinell. auth. nisi tricennale n. 56. C. bon. matern. Vasq. ill. controu. c. 79. n. 1.* 52.

Illud ipsum inquam (posito, quod princeps feras capientibus, vltimum supplicium 53.

minatus sit) nil nobis facessit negociĳ. Quòd enim de causa metus, metusq́ duratione affertur, tantisper verum est, quantisper per subditos non stat, vt ad superiorem recurrendo, proclamata ista pœnalia, refigi faciant. *per trad. Innoc. c. 2. x̃. regular. & ita se ipsum, & textum ibidem explicat Abb. d. c. 1. n. 12. x̃. his quæ vi met. caus.* Quare cum subditis, iuribus suis, vel priuandis â principibus, vel duriùs tractandis, ad Cameram Imperialem, vel ipsum Imperatorem pateat recursus, refugiumq́ *vt. s̃. in fin. Rubr. disseruimus.*

54. Illi ipsi verò, ad Cameram vel Imperatorem minimè prouocârint, liberæ voluntatis & renunciationis, qua in principes suos, omnem Venatus potestatem transferunt, hoc erit signum, & scientibus, consentientibusq́, non fiet, neque iniuria, neque dolus, consequenterq́ nec metus. *L. cum donationis. ibi*

ibi Br. n. 1. Bl. n. 7. Sal. n. 1. Curt. n. 1. Ias. n. 1. & dd. C. transact. L. 1. §. vsq; adeò. ff. iniur. L. nemo videtur. ff. reg. iur. L. venditor. C. resc. vend. L. 1. in fin. ff. act. emti. Iacob de Belvis. pract. crim. Rubr. de iniur. verb. quod dictus. n. 29. & Rubr. de furt. n. 11. Rebuff. L. vnic. n. 566. C. sent. quæ pro eo quod interest profert. Paul. de Monte Pico L. in quartam. n. 104. ff. ad L. Falcid. Coras. L. filium quem habentem. n. 169. C. fam. erc. Hipp. de Mars. L. vnic. n. 24. C. rapt. virgin. Dilect. tr. art. test. tit. 6. caut. 18. n. 2. & tit. 11. caut. 19. n. 4. Tiraq. V. R. p. 1. §. 11. gl. 1. n. 17. Raym. Fich. caut. 49. Iodoc. Damhoud. Pract. crimin. c. 137. n. 14.

Quæ de possessione dicta sunt, 55.
etsi prædicta ratione, quòd metus subditorum taciturnitate purgatur, concidant: attamen & alio demoliri modo possunt. Certum enim est principem proclamatis suis, de-

tentionem Venationis acquirere: Iam verò ſufficit à primordio in detentione eſſe, cui ſi deinde domini voluntas acceſſerit (quod in præſenti ſubiecto, dum ad ſuperiorem ſubditi, non recurrunt, fit) quin detentio, in poſſeſsionem ad præſcribendum legitimam vertatur, dubium non eſt, vt ſcitè admodum tradit. *Vaſq. ill. controu. c. 69. n. 8. per L. qua ratione. §. interdum. ff. acquir. rer. domin. §. interdum. Inſt. rer. diuis.*

56. Malam fidem, de qua ſuperius, quod attinet, eam demum rei alienæ ſcientiam, præſcriptioni nocere dixerim, quam comitatur, domini aduerſus quem præſcribitur noluntas: quod ſi ſcio, rem eſſe alterius, illam verò à me ſciente, & patiente domino, vel verè, vel præſumtiuè (vti in noſtro themate) poſsideri, crediderim, iſthæc rei alienæ ſcientia, præſcriptioni minimè officiet. *Vaſq. tr. ill. controu. c.*

32. n.

32. n. 10. & c. 79. n. 7. per L. si id quod. vers. nam & si. ff. pro derel.

Deniq; cum hic agatur de 57.
præscriptione actionum personalium, bona vel mala fides, præscribentis non attenditur: Sed solummodo eius qui præscribi patitur, scientiam & negligentiam requirimus. Vt complures alios adducens, tenet. *Alex. cons. 99. n. 1. volum. 4. vbi hanc opinionem veram esse Carol. Molin. in addit. attestatur. Capell. Tholas. decis. 74. ibi Steph. Aufr. in addit. latissimè.*

Aliud esse omnes fatentur, si 58.
princeps proclamatibus suis, mulctam pecuniariam, non verò corporis afflictiuam pœnam, adiecerit. Tunc enim, vt minor est metus: ita iustiorem principis præscriptionem fore, arbitrantur. Cum pœna corporalis, quantumuis minima, maior sit regulariter, quacunq; pœna pecuniaria, etiam maxima. *text. L. in seruorum in fin ff. pœn. Br. L. 1. in fin. ff. pœn.*

Ias.

Ias. rep. L. admonendi. n. 221. ff. iureiur. Dec. L. si quis id quod. n. 25. ff. iurisd. om. iud. Cep. L. si fugitiui. n. 57. C. ser. fugit. Tiraq. tr. pœn. caus. 31. n. 29. Capyc. decis. 5. n. 5. Menoch. tr. arbit. iud. quaest. quaest. 90. n. 39.

59. Vnde alia consequitur, prædicti fundamenti de metu durantè destructio. Cum enim versemur, in ĳs terminis, in quibus principibus, vltra memoriale tempus, ius à venatione subditos coërcendi fuit, nec sciamus, an primis illorum proclamatis, pœna corporalis an mulcta pecuniaria tantùm, fuerit, à Venatione non abstinentibus, indicta, eccur mulctam tantum contaminatoribus indictam fuisse, non præsumemus, cum illa, hominem puta ad DEI imaginem conditum, ob bestiam captam, vel interficiendo, vel mutilando, princeps grauissimè peccet, hac verò minimè delinquat. Delicta verò (in

(in principe cum primis) nunquam præſumenda ſint. *c. 1. x̃. ſcrutin. c. fin. in fin. x̃. præſumt. c. 2. x̃. reg. iur. L. igitur, verſic. & generaliter. ff. lib. caus. L. quoties. §. qui dolo. ff. probat. Sadolet. L. quod te. n. 125. ff. ſi cer. pet. Fr. Niconit. rubr. n. 66. ff. op. no. nunc. Rub. L. penult. §. ad crimen. ff. pub. iudic. Iohann. Purpur. L. is apud quem. n. 52. C. edend. Ioh. Hanibal L. post contractum. n. 66. ff. donat. Cacherran. decis. 42. n. 7. Tiraq. V. R. p. 2. ad fin. tit. n. 127. Ant. Gab. Rom. tr. regul. lib. 7. tit. de malefic. conclus. 2. n. 1. Card. Paris. cons. 77. in pr. volum. 3. Rol. à valle cons. 58. n. 7. volum. 4.*

Poſtremò, eò quoque redigendum, quod libertatis Democraticæ vindicatores, vlterius vrgendo obijcere ſolent, negari non poſſe, quin tamen aliqua hac prohibitione ſubditi afficiantur iniuria, quin lædantur, quin detrimentum 60.

capi-

capiant; Responderim enim, olim hanc obiectionem gentium iure obtinuisse, iureque ciuili vetustiori, contrarium verò hodierno iure consuetudinario, introductum esse. Qui enim princeps, quem subditorum prohibendo aggrauaret, cum solus hac die, de Venationibus, per summum principem inuestiatur, cum vltra hominum memoriam, hoc prohibendi iure, vsus sit; nemo verò, qui iure suo vtitur, alium iniuria afficiat. *L. nullus videtur dolo facere. ff. R. I. L. 3. §. is tamen. ff. lib. homin. exhib. L. iniuriarum. §. 1. ff. iniur. L. si donaturus. §. si quis indebitam. ff. condict. caus. dat. caus. non secut. L. cum creditor. ff. furt. L. fluminum. §. fin. & L. proculus. ff. dam. inf. L. si pupillus. post. pr. ff. vulg. & pup. c. cum ecclesia. x. elect. Ioh. Hanib. L. si insulam. n. 65. ff. verb. obl. Gail. obs. 101. n. 7. lib. 2.*

61. Conclusio superius facta, quæ vult, principes, subditos à Venationibus

nibus prohibere, iurisq; prohibendi, quasi possessionem acquirere posse, limitatur primò: vt non procedat, si proclamati inhibitorio Venationum, subditi statim contradixerint, seq; in venatu, iure gentiū cōmuni, tutati fuerint, protestantesq;, superiorem appellauerint. *vt tradunt dd. communiter in locis, in conclus. citat. & vltra ibi relatos, idem tenet Rol. à valle. cons. 9. n. 16. volum. 2.*

II. Hæc conclusio limitatur: 62.
vt princeps sub pœna sanguinis edictum, ne venetur, neutiquam exequi posſit, etsi vt maioris apud subditos sit ponderis, hanc comminari contrafacientibus queat, vti hoc expresſsim & in specie decidit. *Zoanett. d. L. 2. n. 192. C. pact. int. emt. & vendit.*

Cuius opinionem, vti lon- 63.
gè æquiſsimam censuerim: ita è diuerso, quæ à Scabinis Lipsensibus

capiant; Responderim enim, olim hanc obiectionem gentium iure obtinuisse, iureq; ciuili vetustiori, contrarium verò hodierno iure consuetudinario, introductum esse. Qui enim princeps, quem subditorum prohibendo aggrauaret, cum solus hac die, de Venationibus, per summum principem inuestiatur, cum vltra hominum memoriam, hoc prohibendi iure, vsus sit; nemo verò, qui iure suo vtitur, alium iniuria afficiat. *L. nullus videtur dolo facere. ff. R. I. L. 3. §. is tamen. ff. lib. homin. exhib. L. iniuriarum. §. 1. ff. iniur. L. si donaturus. §. si quis indebitam. ff. condict. caus. dat. caus. non secut. L. cum creditor. ff. furt. L. fluminum. §. fin. & L. proculus. ff. dam. inf. L. si pupillus. post. pr. ff. vulg. & pup. c. cum ecclesia. x̃. elect. Ioh. Hanib. L. si insulam. n. 65. ff. verb. obl. Gail. obs. 101. n. 7. lib. 2.*

61. Conclusio superius facta, quæ vult, principes, subditos à Venationibus

nibus prohibere, iurisq́ prohibendi, quasi possessionem acquirere posse, limitatur primò: vt non procedat, si proclamati inhibitorio Venationum, subditi statim contradixerint, seq́ in venatu, iure gentiũ cõmuni, tutati fuerint, protestantesq́, superiorem appellauerint. *vt tradunt dd. communiter in locis, in conclus. citat. & vltra ibi relatos, idem tenet Rol. à valle. cons. 9. n. 16. volum. 2.*

II. Hæc conclusio limitatur: 62. vt princeps sub pœna sanguinis edictum, ne venetur, neutiquam exequi possit, etsi vt maioris apud subditos sit ponderis, hanc comminari contrafacientibus queat, vti hoc expressim & in specie decidit. *Zoanett. d. L. 2. n. 192. C. pact. int. emt. & vendit.*

Cuius opinionem, vti longè æquissimam censuerim: ita è diuerso, quæ à Scabinis Lipsen- 63.

sibus

Lipſenſibus lata, extat poſt Speculum Saxonicum, eius tenoris ſententia: quod is, qui contra mandatum & edictum principis, in principis ſyluis, atque foreſtis, vt vocant, Venatus fuerit, laqueo ſuffocandus ſit, omni & iuri, & rationi diſſentaneam putarim. *Sentent. Scab. Lipſens. poſt. Spec. Saxon. Rubr.* von peen der Wildprat beſchediger.

64. Sit enim princeps, humanæ ſortis memor, cogitet hominis animam, quibuslibet rebus præcioſiorem eſſe. *L. ſancimus. in fin. C. ſacros. eccles. c. cum infirmitas. x̃. pœnit. & remiſſ. c. præcipimus 12. q. 1. Felin. c. in præſentia. n. 43. x̃. probation. Ias. L. ſi qua mulier. n. 5. C. Sacros. eccles. Ias. L. licet inter priuatos. n. 5. C. pact. Speculat. tit. de aduocato. §. nunc tractemus. n. 5. Bertach. in repert. verb. anima. verſic. 1. Cotta in memoral. verb. anima. Neuiz. Syl. nupt. lib. 4. n. 4. Tiraq. repet. L. ſi vnquam. verb. do*

nat

nat. larg. n. 202. C. reuoc. donat. Plot. tr. de in lit. iur. §. 40. n. 2. Feder. Schenck tr. feud. tit. 5. §. 1. n. 11. Strach. tr. mercat. p. 2. n. 4. Vasq. ill. contr. c. 32. n. 2. Ascan. Clem. tr. pat. pot. eff. 5. n. 13. Octau. Simonc. tr. decret. tit. 8. n. 143. Rol. à valle cons. 69. n. 29. cons. 98. n. 33. vol. 1. cons. 70. n. 35. volum. 2. Tiber. Decian. cons. 63. n. 8. vol. 3.

Ad animum aduocet, cun- 65.
